Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO
Bg.
t
3
Bibliografia

Digitized by Google

Bg - t - 3

Digitized by Google

Google

IO. ALBERTI FABRICII
D.&P.P. in Gymn. Hamb.

CONSPECTUS THESAURI LITTERARII ITALIÆ,

Præmiſſam habens, præter alia, notitiam Diariorum Italiæ litterariorum, theſaurorumque ac corporum Hiſtoricorum & Academiarum

ſubjuncto

PEPLO ITALIÆ
IO. MATTHÆI TOSCANI.

HAMBURGI
SUMTU CHRIST. WILH. BRANDT
1730.

Digitized by Google

Nobili & Præclaro Viro

PETRO van der AA,

Bibliopolæ ac Typographo Leidenſi
celebratiſſimo

S. D.

IO. ALBERTUS FABRICIUS.

NOn miraberis, VIR EGREGIE, Conſpe-ctum hunc Theſauri

Digitized by Google

litterarii Italici ad Te ablegari, Tibique a me offerri, qui rem librariam ornaſti ſine exemplo, & res Italiæ ſpeciatim locupletaſti theſauris pulcherrimis & exquiſitiſſimis, quorum ipſorum notitia commendanda ſtudioſis cum in hocce ſchediaſmate expoſita ſimul contineatinea-

tineatur, nulli magis quam Tibi illud proprie conſecrari a me oportebat.

Soleo ſæpe dicere ad amicos, ſi intelligentium animoſorumque Bibliopolarum, quorum Tu Alpha es, Muſis integrum præſto eſſet Alphabetum Tui ſimile, quantum decus litteris accede-

Digitized by Google

ret, quantum animorum adderetur eruditis ad maxima quæque & difficillima ſuſcipienda.

Verum Tua certe laus ſingularis, qui maximos etiam quorumcunque conatus, quotquot hoc in genere ab hominum memoria ſunt aut fuerunt, non æquaſti modo feliciter in-

induſtria Tua, ſed etiam ſuperaſti: & quæ multa, ſelecta, magna, ſplendida atque utiliſſima Opera in lucem protuliſti per annos retro quadraginta circiter, ea nullis parcens ſumtibus, labori nulli, doctus ipſe in manus doctorum dediſti excuſa chartis regiis, ridentibus atque emen-

datis typis, & iconibus exornata deſcriptis ære quam accuratiſſime ac luculentiſſime. Fateor me jam pridem ingentibus Tuis hiſce & ſingularibus in litteras, quas amo coloque meritis permotum & admirari Te & facere maximi, & Manutiis, Juntis, Stephanis, Plantinis, Wechelis, Cramoi-

moiſiis proximum ponere, in aliis etiam anteferre: itaque hanc occaſionem amplexus ſum libenter, qua meum Tibi amorem teſtatum facerem inſignita quadam ratione, & quanti Virtutem Tuam æſtimarem, quæ ætati noſtræ honori eſt, demonſtrarem publico aliquo docu-

mento, quod pro humanitate Tua in bonam partem accipere dignaberis.

Non ſine dolore vident, qui litterarum amore ducuntur, Te jam incipere colligere vaſa, & commerciorum oneri, quæ tanta cum gloria litterarum ac fructu hactenus geſſiſti, ſenſim Te velle

ſub-

Digitized by Google

ſubducere, cedereque
adeo aliis apparatum
illum librorum incom-
parabilem, tam longo
& tam ſagaci ac fortu-
nato ſtudio a Te con-
quiſitum; veluti vici-
nus jam ſenio premat
dies, & annos Tibi ob-
jiciat: ego autem lit-
terarum cauſſâ vo-
veo, ut ſenecta quæ
gravior Siculis eſſe ju-
gis

Digitized by Google

gis dicitur, Tibi facilis viridisque contingat, atque ejusmodi, qualem equis Cappadocibus tribuit Oppianus, quo teſte tantum*

Anteeunt curſu, quantum ætas addidit annis.

Vale, VIR EGREGIE. Scripſi Hamburgi IV. Calend. Octobris cIↄ Iↄccxxx.

In

* Κραιπνότεροι δὲ πέλουσιν ὅσῳ μάλα γηράσκουσι. Cynegetic. I. 201.

In hoc Volumine continentur:

Notitia EPHEMERIDUM ſive DIARIORUM Eruditorum Italiæ. pag. 1
De Hiſtoricis rerum Italicarum. 10
LUDOVICI ANTONII MURATORII & Mediolanenſium Palatinorum ſociorum CORPUS HISTORICUM MEDIOLANENSE, adnotatis ubique prioribus ſingulorum ſcriptorum editionibus. Volumina XIII. p. 13. Volumen XIV. p. 166
Indiculus Anecdotorum a FERDINANDO UGHELLO in Italia ſacra editorum. 62
Italia illuſtrata ANDREÆ SCHOTTI 67
SICULARUM rerum ſcriptores in novum Corpus redacti. 72
JO. BAPTISTÆ CARUSII Bibliotheca Hiſtorica Regni Siciliæ, Vol. II. 73
Theſaurus * Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ, mari Liguſtico & Alpibus vicinæ, collectus a JO. GEORG. GRÆVIO. ſex Vol. 78
Theſaurus Scriptorum Italiæ ex conſilio PETRI BURMANNI continuatus. Volumina XXIV. 90
Theſaurus Scriptorum atque Antiquitatum SICILIÆ, Volumina XV. 140
Fragmentum de Originibus Longobardicis, illuſtratum a JOH. FRID. CHRISTIO. 160
The-

* In ſingulorum Theſaurorum recenſione priores ſcriptorum editiones diligenter adnotatae ſunt.

Theſaurus Antiquitatum Romanarum, congeſtus a JOH. GEORG. GRÆVIO, Volumina XII. 168
Novus Theſaurus Antiquitatum Romanarum congeſtus ab ALBERTO HENRICO DE SALLENGRE. Vol. III. 193
Theſaurus Antiquitatum Græcarum a JACOBO GRONOVIO, Vol. XIII. 206
Notitia ACADEMIARUM Italiæ Geographica & Alphabetica. 255
Conſpectus Theſauri litterarii Italiæ. 1. De eruditis Italis univerſe, eorumque ſcriptis. 279
De argumentis quibusdam ſpecialibus. a) de ſcriptis Pontificum Romanorum 280
De ſcriptis Cardinalium. 281
De Epiſcopis* Italiæ. ibid.
De Italis Hebraicæ & aliarum linguarum Orientalium peritia celebribus. ibid.
De Italis qui Græce ſcripſerunt. 281
De Poetis Italis. 282
De Academiis Italiæ. ibid.
De Hiſtoricis Italis. ibid.
De Satyricis. 282
De interpretibus Italis. ibid.
Elogiorum ſcriptores, qui Italice 282
& qui Latine. 283
De Eruditis certarum Nationum vel Civitatum Italiæ vel Siciliæ.
De Aquavivenſibus & Aquilejenſibus. 286

* De his, quemadmodum etiam de Ordinibus Religioſis, ſcriptores referre licebit alias.

De Aſculanis. ibid
De Beneventanis. 286
De eruditis Bergomenſibus. 287
De Bononienſibus. 287
De Brixienſibus. ibid.
De Cæſenatibus. 288
De Calabris. 304
De Catanenſibus. ibid.
De Cephaleditanis. 288
De Cremenſibus. ibid.
De Cremonenſibus. 289
De Ferrarienſibus. ibid.
De Florentinis. 289
De Forojulienſibus. 291
De Forolivienſibus. 292
De Garfagrianenſibus. ibid.
De Genuenſibus & Liguribus. 292
De Eruditis Viris Lombardiæ. 293
De Lucenſibus. ibid.
De Mediolanenſibus. 293
De Melitenſibus. 294
De Monferratenſibus. ibid.
De Neapolitanis. 294
De Netinis. 295
De Nicienſibus. ibid.
De Nolanis. 295
De Novarienſibus. ibid.
De Panormitanis. 295.301. 302
De Parmenſibus. 295
De Patavinis. 296

De

De Pedemontanis. 297
De Peruſinis. ibid.
De Platienſibus. 298
De Ravennatenſibus. ibid.
De Regienſibus. 298
De Romanis. ibid.
De Sabaudis. 299
De Salentinis. 300
De Salernitanis ibid.
De Sangeminianenſibus. 300
De Sarzanenſibus. ibid.
De Savonenſibus. ibid.
De Saxoferratenſibus. ibid.
De Senenſibus. ibid.
De Siculis. 301. ſq.
De Syracuſanis. 304
De Tagienſibus. ibid.
De Tarviſinis. 305
De Venetis. ibid.
De Veronenſibus. 366
De Vicentinis. 367
De Umbriæ eruditis. 368
De Volſcis. ibid.
Bibliotheca volante IO. CINELLI. 203
SANCASSENI & CAR. CARTARI. 206
Peplus Italiæ IO. MATTH. TOSCANI. 369
Index Regionum & Civitatum Siciliæ, de quibus ſcriptores in hoc conſpectu laudantur. 532
Index Auctorum & Rerum. 544

CONSPE-

CONSPECTUS THESAURI LITTERARII ITALICI.

I. DIARIA ſive EPHEMERIDES Eruditorum ITALIÆ.

NOvellæ relationes de rebus qvotidianis, & nuncii rerum qvæ toto orbe geruntur (*gazzettas* vulgo appellamus,) hebdomadatim primum a) publicari cœperunt in *Italia*, cujus generis diurnorum commentariorum volumina decem Venetiis ſæculo decimo ſexto compoſita fuere apud illuſtrem Magliabechium. b) Apud *Gallos* de-

A inde

a) *Gazzetta*, numuli nomen, pretio duorum aſſium, quo relationes illæ vænibant. Vide Octavii Ferrarii Origines Italicas, & Ægidii Menagii Italicas, Gallicasque.

b) Scipio Maffeus Præf. ad Tom. I. Diarii Veneti Erudi-

inde ab A. 1631. *Pariſiis* c) atqve hinc in *Germania* & apud alias Europæ gentes certatim freqventatus eſt eorundem uſus, & adhuc freqventatur communi legentium bono ac voluptate.

Diaria eruditorum, ſtatis temporibus publicare uno eodemqve anno 1665. cœperunt in *Gallia Dionyſius Sallus* d) ſub adſcito *Hedovillii* nomine primus auctor Ephemeridum celebratiſſimarum Pariſienſium, qvarum jam tomus LXXXVII. junctis variorum præſtantiſſimorum Virorum ſtudiis ſub prælo ſudat: Et in *Anglia, Henricus Oldenburgius* e) Regiæ Societatis Lond. obſervationes

torum Italiæ, inter ejus opuſcula Italica Venetiis 1719 4. edita p. 186. Hyacinthus Gimma in idea hiſtoriæ Italiæ litteratæ p. 770.

c) Carolus Sorellus Bibl. Gallica p. 327. Chriſtoph. Auguſtus Heumannus in pœcile T. 2. lib. 4. p. 522.

d) Chriſtianus Junckerus ſchediaſmate hiſtorico de ephemeridibus & diariis eruditor. Lipſ. 1692. 12: p. 75. ſeq. & qui præter laudatum illuſtriſſ. Maffeum de eodem argumento poſſunt conſuli, Adrianus Bailletus judicio de Criticis hiſtoricis p. 57. Burchard Gotthelf Struvius introduct. ad hiſtor. rei literariæ c. 3. Memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1712. p. 218. ſeq. (Ephemerides Pariſ. 1712. Octobr. p. 445. edit. Amſt.) Tho. Ittigius ſchediaſmate de auctoribus qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis egere p. 109. ſq. H. P. L. M. in notitia Germanice edita de Gallicis, Latinis & Germanicis ephemeridibus litterariis Lipſ. 1718. 1720. 1724. 8. &c. Sed Clariſſ. Viri *Franciſci Dionyſii Camuſati* hiſtoriam diariorum eruditorum jam pridem deſideramus, de qua Acta Erud. A. 1726. p. 47.

e) Vide Junckerum p. 17. ſeq. & de epitome priorum

XXI.

tiones accuratas & ingenioſas privato auſu primum orſus in commentarios digerere, cujus ita probari meruit induſtria, ut nunqvam ab eo tempore defecerit, aliis ſemper atq; aliis præclaris ingeniis eam identidem promoventibus:& eorum Volumen XXXV. jam ab acutiſſimo Hallejo f) continuetur. Primi inde fuere *Itali*, qvi utiliſſimum hoc inſtitutum juvandæ amplificandæqve rei litterariæ ſunt aggreſſi, & publico cum plauſu fructuqve etiamnum ornant egregie. Horum diariorum Italicorum, ſive de rebus litteratis Italiæ ephemeridum eruditarum, ecce Tibi, Lector benevole, elenchum brevem eo ordine qvo lucem ſingulæ in hoc usqve temporis viderunt.

I. *Giornale de letterati, in Roma.* Diarium eruditorum ab A. 1668. ad 1675. *Romæ* apud Nicolaum Angelum Tinaſſi, cujus nomine dedicatoria ad *Camillum Maximum* Cardinalem præmittitur, in qva fidem facit ad Ephemerides haſce componendas multos eruditos operam ſuam contuliſſe. g) Præcipuas tamen partes *Franciſci Nazarii* Bergomatis

A 2 fuiſſe

XXI. Voluminum ab A. 1665. ad 1700. adornata digeſta per claſſes editaque a *Jo. Lowthorppio*, Lond. 1705. 4. Acta Erud. T. 4. ſupplem. p. 290. 362. 494. Et de epitomis Voluminum à XXII. ad XXX, quas *Benjamini Moſſio* & *Ioneſio* debemus, Act. Er. 1723. p. 89. & 242. Bibl. Angloiſe T. IX. p. 274.

f) Bibl. Angloiſe T. VIII. p. 277.

g) *Alla compoſizione de' quali concorſero le virtuoſe fatiche di molti eruditi.*

fuiſſe libenter mihi perſvadeo, usqve ad Martium menſem Anni 1675. a qvo tempore *Joanni Ciampino* illam deberi laudem continuati hujus laboris usqve ad tres primores menſes Anni 1681. ex illuſtriſſimo Maffeio h) didici. Apud eundem itaqve Tinaſſum prodierunt etiam anni 1676. 1677. 1678. 1679. qvos ipſe cum prioribus evolvi ac poſſideo: ſed & annus 1680. & initium 1681. qvod nunqvam memini me videre. Idem Nazarius ab illo tempore qvo Tinaſſum reliqvit, aliud & ipſe Diarium usqve ad extremum anni 1679. condidit, vulgavitqve Romæ, typis Benedicti Carraræ. Primus annus prioris diarii A. 1668. etiam *Bononiæ* recuſus eſt cum paucis acceſſionibus. Nomen Nazarii ante annum 1674. præfixum in meo exemplo neutiqvam reperio, qvanqvam præpoſitum traditur in ſchediaſmate de ephemeridibus eruditor. p. 108.

2. *Il Giornale Veneto de' letterati.* Diarium eruditorum *Venetum*, a Febr. 15. * Anni 1671. ad 10. Dec. A. 1680. Venetiis in 4. auctoribus *Petro Maria Moretti* & *Franciſco Miletti*. Vide ſchediaſma jam memoratum p. 111. ſeq. Admodum ſiniſtre de hoc diario judicat Henricus Noris in milite Macedonico pag. 238. edit. Amſt. ſartori ſutoriqve harum farraginum ſvadens, *diſcat libros legere, ut diſcat de libris judicare, ne dum literatorum catalogum texit, ipſe in illiteratorum albo, nigro carbone ſignetur.*

3. *Acta*

h) p. 187. * Per totum illud tempus non plura folia quam 19.

3. *Acta* novæ Academiæ *Philoexoticorum* Naturæ & artis, à Martio A. 1686. ad Februarium 1687. ad Celſiſſ. Principem Joannem Franciſcum Gonzagam Ducem Sabionedæ. *Brixiæ* 1687. 8. Ad calcem cujusqve menſis, notitia librorum recens in Italia excuſorum ſubjicitur. Vide idem ſchediasma clariſſ. Junckeri p. 66. Hoc diarium mors auctoris præcipui, *Franciſci Lanæ*, experimentis Phyſicis & mathematicis celeberrimi abrupit.

4. *Giornale de' letterati in Parma.* Diarium eruditorum ab A. 1686. ad finem Anni 1690. Parmæ in 4. typis Joſephi dall' Oglio & Hippolyti Roſati, auctore *Benedicto Bacchino* i) Caſſinenſi, Abbate Benedictino, & opes ſuas conferente *Gaudentio Roberto* Carmelita. De diſſertationibus & obſervationibus in hoc Diario obviis vide ſis ſchediaſma Junckeri τοῦ μακαρίτου p. 214. ſeq.

5. *Giornale de' letterati in Ferrara* A. 1688. 1689. 4. auctore *Joanne Antonio Philonio.* Aliud itidem Ferrariæ prodiit, à menſe Januario A. 1691. 8. apud Hieron. Philonium, ſed qvod mox iterum deſiit, longe eruditiorem prodens auctorem, qvi creditur fuiſſe *Philippus de la Torre* Adrienſis poſtea Epiſcopus, ut Junckerus pag. 273. ait ſe comperiſſe, & tempus bene congruit, illo enim anno conſtat Philippum Auditoris functum munere verſatum Ferrariæ apud Cardinalem Imperialem. Vide Niceroni memorias Gallice editas de viris in

i) Acta Erud. A. 1692. p. 47. 410. & A. 1693. p. 45.

Rep. litteraria illuſtribus Tom. 1. pag. 33. ſeq.

6. *Synopſis biblica*, ſive *Ephemerides litterariæ* Latinæ, auctore *Paulo Manzani*, Provinciali tertii Ord. S. Franciſci *Parmæ* 1692. 4. in herba ſtatim ſuppreſſæ. Vide Baſnagii Bellovallii hiſtoriam operum eruditorum editam Gallice, menſe Novembri A. 1692. p. 124.

7. *Giornale de' letterati in Modena.* Diarium eruditorum, *Mutinæ* editum, eodem qvi Parmenſe curaverat ſcriptore, *Benedicto Bacchino*, A. 1692. 1693. 1696. 1697. 4.

8. *La Galleria di Minerva*, Muſeum Minervæ Venetæ, ſive Notitiæ univerſales de eruditis viris Europæ, ſcriptisqve omnis generis, editis atqve ineditis, antiqvis & recentibus, ex officina *Hieronymi Albrizzi*, cujus etiam præfationes præmittuntur, & qvi Tom. 2. p. 181. auctorem ſe Academiæ appellat, qvæ apud Venetos hoc nomine *de la Galleria di Minerva* appellatur, cujusqve membra memorantur T. 2. p. 259. ſq. cum Secretario Apoſtolo Zeno, & Jo. Antonio Aſtorio, Subſecretario. Exſtant hujus Muſei tomi ſeptem, qvi prodiere Venetiis ab A. 1696. usqve ad 1713. fol. Non tam novi libri in hoc diario recenſentur (licet & hi qvoq;) qvàm variæ exhibentur lectu dignæ obſervationes, Epiſtolæ & diſſertationes virorum doctorum vetuſtioris etiam memoriæ de diverſis argumentis, qvorum nomina ple-

plerumqve addita ſunt, ut Jo.Ciampini, Joſuæ Feri, Henrici de Noris, Dantis, Ferdinandi Santanicelli, Angeli Carraræ, Marcelli Malpighii, Angeli Geropoldi, Apoſtoli Zeni, Jo. Dominici Caſſini, Vincentii Coronelli, Ludovici Teſti, Antonii Valſinieri, Geminiani Montanari, Gerh. Jo. Voſſii (de cognitione ſui T.1. p.280. de Eruditione T.2. p.109. introductio in Chronologiam p.190.) Juſti Lipſii (de ratione legendi hiſtoriam T. 3. p.39.) Joſephi Lanzoni, Mich. Angeli Fardellæ, Hieron. Baruffaldi, Henrici Altani, Jo. Antonii Aſtorii, Sigismundi Valiani, Camilli Silveſtri, Barthol. Ferri, Alexandri Thomæ Arcudii, Nicodemi Martellini, Petri Pauli Paglini, Lazari Auguſtini Cottæ, Lud. Teſti, Pyrrhi Mariæ Gabrielli, Nicodemi Martinelli, Petri Antonii Morozzi, Franciſci Mariæ Nigriſoli,&c. Etiam eruditorum hominum vitæ, ut Jo. Georgii Triſſini T.1.p.65. Jo. Baptiſtæ Guarini pag.78. Michaëlis Noſtradami p.282. Cardinalis Barbarigi T.2. p.70. Jo. Baptiſtæ Veri, qvi hiſtoriam Venetam ſcripſit, T.3. p.231. &c.

9. *Il Gran Giornale in Forli*, A.1701. 1702. 1703.& 1704.fol. Hujus diarii Forolivienſis qvothebdomadis prodiit unum majus folium, cujus prima pagina res litterarias, altera qvotidianas civiles & bellicas continet, ſub titulo *giornale de' Novelliſti.*

10. *Il genio de letterati*, in Forli, 1705. ſeq. 4. Auctor *Joſephus Garuffi*, Ariminenſis.

11. *Faſti*, per ſex menſes tantum Parmæ A. 1706. eodem auctore diarii, de qvo modo facta eſt mentio, Forolivienſis. Non magni momenti eſſe hujus auctoris operam, licet etiam atqve etiam ſeſe extollentis, notavit laudatus Maffejus p. 192.

12. *Giornale de letterati d' Italia*, Diarium Eruditorum Italiæ, ad celſiſſimum Principem magnum Hetruriæ Ferdinandum tertium, Venetiis ab A. 1710. ad præſentem annum 1729. Volumina XXXVIII. 12. Prioribus Diariis Italicis longe hoc præſtat accurata induſtria, eruditione & ingenio. Auctores ſunt complures, e qvibus Nobilem Virum *Apoſtolum Zenum*, atqve nomina inclyta *Bernardum Treviſanum*, *Anton. Valliſnierium*, *Jo. Baptiſtam Morgagnum*, *Laurentium Patarolum* & *Marchionem Orſi* ſive *Urſum* * fama effert & prædicat. Præfatio tomi primi, ut jam ſupra in notis demonſtrari, illuſtriſſimo Marchioni *Scipioni Maffeo* in acceptis referenda, qvi & in ipſo opere nonnullas jure ſibi partes vindicat. Tomus XXV. complectitur indices qvadruplices in ſuperiora XXIV. Volumina: primum ſcriptorum de qvibus dictum eſt, alphabetico auctorum ordine: ſecundum eorundem librorum digeſtorum per claſſes, pro diverſitate argu-

* Memoires de Trevoux A. 1712. p. 228. Acta Erud. Germanica Tomo I. p. 450.

gumenti : tertium auctorum de qvibus mentio facta, & qvartum rerum præ cæteris notabilium. Tomo X. p. 471. promittitur Bibliotheca ineditorum ſcriptorum, præcipue Italorum, veluti qvoddam illis recenſendis deſtinatum ** litteratum Diarium.

13. *Supplementi al giornale de' letterati d' Italia.* Auctor ſupplementi ad ſuperius Diarium, in qvo variæ eruditæ diſſertationes continentur, tria volumina Venetiis 1722. ſeqq. 12. edita evolvi. Auctor *Hieronymus Lioni*, Parmenſis.

14. *Giornali de' Giornali*, di Sre *Cataneo*, Venet. 4. Hujus ſex partes memorari vidi, in ipſum necdum incidi.

15. *Il gran Giornale di Europa.* Venetiis 1725. 4. Ex prioribus Diariis, facto ab A. 1666. initio, libros ab illo tempore editos, ut qviqve præ cæteris placuere, breviter recenſet, inſertis (licet rarius) novis qvibusdam diſſertationibus. Auctor *Angelus Callogiera*, Monachus Camaldulenſis, favente conatibus ejus illosqve adjuvante Viro Nobiliſſimo *Hieronymo Soranzo de Rio Marin*, vide Bibl. Italicam (de qva mox) T. 2. p. 333.

16. *Bibliotheque Italique*, ou Hiſtoire litteraire de l' Italie. Hujus inſignis Diarii, tomi duo ſive ſex menſes Anno ſuperiore 1728. Genevæ in 8. excuſi ad nos pervenerunt, pluriumqve evolvendorum deſiderium mihi injecere. Ad inſtitutum meum

A 5 au-

** *Che ſara como un giornale di coſe inedite.*

autem, amplificandæ hiſtoriæ literatæ Italiæ comparatum faciunt inprimis obſervationes qvibus auctores hujus diarii Tom.I. pag.223--278. & T.2. p.276--324. diſſertationem laudati Marchionis illuſtriſſ. *Scipionis Maffei* *** de genio meliorum Poëtarum Italorum locupletarunt, illuſtrarunt, qvam ille in auſpiciis Academiæ Arcadum Veronenſium, (Romanorum Coloniæ) recitavit, hi vero ex Italico verterunt Gallice.

II. De HISTORICIS rerum ITALICARUM.

Bibliothecam Hiſtoricorum Italiæ magno ſtudio adornaſſe RAPHALEM TRICHETUM du FRESNE, ex Philippo Labbeo † didici: ſed nunqvam lucem vidit ejus lucubratio, ſicut nec Catalogus Hiſtoricorum Italiæ, compoſitus à JOHANNE RHODIO, Hafnienſi, qvem habuit & cum acceſſionibus in lucem dare voluit VINCENTIUS PLACCIUS noſter, ὁ μακαρίτης.

Ad Italiam pertinet ut Veterum Latinorum ſcriptorum bona pars, de qvibus dixi in Bibl. Latina: ſic maxima pars Hiſtoricorum Latinorum, de qvibus exſtant inſignes GERH.

*** In Opuſculis Italicis (Rime e proſe del ſignore Marcheſe Scip. Maffei) p. 132. ſqq. Venetiis 1719. 4.

† In Bibl. Bibliothecar. ubi de Joanne Matthæo.

GERH. JOH. VOSSII commentarii, *Viri*, ut Bochartus a) de eo pridem judicavit, *mirabilis, & de quo merito dubites utrum majorem à doctrina & ingenio, an a modeſtia laudem mereatur.* Præter CHRISTOPHORI vero SANDII ad Voſſium animadverſiones, & JO. HALLERVORDII Spicilegium, qvæ opuſcula cum LUD. NOGAROLÆ ſchediaſmate de viris illuſtribus genere Italis qvi Græce ſcripſerunt, junctim recudi feci Hamburgi 1709. 8. CHRISTIANUS GRYPHIUS in Epiſtola ad Polycarpum Lyſerum b) teſtatus eſt ſe plus qvam qvadringentos hiſtoricorum Latinorum annotaſſe, qvos Voſſio obſervatis adjungeret. Sed nec illi, nec alii, trecentis plures qvos SANDIUS profeſſus eſt ſe Voſſio addendos collegiſſe, publicis uſibus tractandos ſe obtulerunt, non magis qvam LUD. JACOBI à SANCTO CAROLO paralipomena de Hiſt. Lat. & Græcis, vel ad Græcos Voſſii Hiſtoricos THOMÆ REINESII ſupplementa, aut LUCÆ HOLSTENII, qvæ is qvodam tempore Iſaaco Voſſio c) filio Romæ præſens monſtravit. Præclaræ autem ſunt inprimis acceſſiones obſervationesqve diligentes & accuratæ, qvæ de Hiſtoricis

a) In Chanam, lib. I. c. 18. p. 445.

b) Apud Clariſſ. Heumannum T. 2. pœciles lib. 2. p. 551. ſeq.

c) Sarravii Epiſt. p. 266. Holſtenii Epiſt. 10. ad Lambecium, T. 6. Lambecii p. 258.

ricis Italis qvi Latine ſcripſerunt, ad librum Voſſii tertium publicatæ ſunt Nobiliſſimo atqve eruditiſſimo Viro APOSTOLO ZENO auctore in Diario eruditorum Italiæ in Tomo IX. p. 132. ſqq. atqve inde in tomis ſingulis usqve ad duodetrigeſimum, exceptis XXV. & XXVII. Nec contemnenda qvæ ad Voſſii hiſtoricos Latinos notantur in Bibliotheca Fabriciana, celeberr. D. JO. FABRICII, Theologi Helmſt. Tomo 2. p.478--p.501.

Præcipuorum qvorundam de rebus Italicis ſcriptorum notitiam tradiderunt CHRISTIANUS qvem modo laudavi GRYPHIUS in apparatu, ſive diſſertatione iſagogica de ſcriptoribus Hiſtoriam Sæculi XVII. illuſtrantibus, capite VIII. BURCARDUS GOTTHELF STRUVIUS in ſelecta Bibliotheca Hiſtorica capite XXVII. LANGLETUS du FRESNOY in methodo ſive inſtitutione tradendæ hiſtoriæ, qvam ſæpius recuſam Gallice, poſt Germanicam verſionem D. JO. BURCHARDI MENCKENII, JO. COLETI Italicam, Anglicamqve RICHARDI RAWLINSON, auctor ipſe pluribus locupletatam acceſſionibus iterum hoc ipſo tempore Gallice in lucem emiſit Pariſiis, tomo ultimo, ſect. LXV. HYACINTHUS GIMMA in idea Hiſtoriæ literariæ Italicæ cap. 50 artic. 5. ſeqq. P. de BLAINVILLE, S. I. in diſſ. inſerta Memoriis litterariis Trevoltinis A. 1717. p. 1645. ſqq. & A. 1720. pag. 263. ſqq. 453. ſqq.

Sed

Sed donec plenior & elaboratior hiſtoricorum Italiæ Bibliotheca, qvalem Gallicorum Viro praeſtantiſſimo Jacobo Longo Gallia debet, ſtudioſis a viro qvodam docto offeratur, age in eorundem uſus praeſenti loco corpora ſcriptorum de rebus Antiqvitatibusqve Romanis, Italicis & Siculis, Muratorii *Mediolanenſe*, *Wechelianum* Schotti, *Græviana*, & *Burmannianum* cum *Gronoviano ac Sallengriano* theſauro percenſebo, ordine Voluminum primum, deinde alphabetico communi auctorum qvoqve, adſcriptis plerumq; priorum editionum locis & annorum numeris, & ſubjuncto indice Provinciarum ac Civitatum, qvarum res ab illis ſcriptoribus illuſtrantur, cum ſupplemento qvalincunqve. Hanc notitiam deinde inſeqvetur conſpectus ſive deſignatio theſauri ſimilis litterarii Italici, conſtantis feſtiva copia ſcriptorum de viris eruditis Italis, Siculisqve per ſingulas urbes ac Civitates, cum mantiſſa ſcriptorum ad notitiam litterariam eruditorum Italorum univerſe, vel pro ratione ſtudii, vitæ, aut conditionis facientium.

I. *Corpus ſcriptorum de rebus Italicis* MEDIOLANENSE.

Rerum Italicarum ſcriptores ab anno æræ Chriſtianae qvingenteſimo ad milleſimum qvingenteſimum, qvorum potiſſima

tiſſima pars nunc primum in lucem prodit ex Ambroſianae , Eſtenſis aliarumqve inſignium Bibliothecarum Codicibus. LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS Sereniſſ. Ducis Mutinae Bibliothecae praefectus collegit, ordinavit, & praefationibus auxit, nonnullos ipſe , alios vero MEDIOLANENSES PALATINI SOCII ad MStorum fidem exactos ſummoqve labore ac diligentia caſtigatos Variis Lectionibus & notis,tam editis veterum Eruditorum qvam novis auxere.

TOMUS I. *Dicatus Auguſtiſſ. Imperatori CAROLO VI.cum præfationibus* PHILIPPI ARGELATI *Bononienſis* & LUD. ANTONII MURATORII Mediolani 1723. fol. *ex typographia Societatis Palatinæ in Regia curia.*

1. Palatini ſocii de praemiſſa TABULA GEOGRAPHICA Veteris ITALIÆ, poſt CHRISTOPHORUM CELLARIUM & GVILELMUM De l'ISLE novo & accuratiore ſtudio deſcripta & adornata.

2. HISTORIA MISCELLA ab incerto Auctore conſarcinata ; complecteus EUTROPII Hiſtoriam Romanam,qvam PAULUS Diaconus rogatu Adelbergae Beneventanae Ducis , a Valentiniani Imperio usqve ad tempora Juſtiniani deduxit , & LANDULPHUS SAGAX, ſeu qvisqvam alius continuavit usqve ad Annum CHriſti 806. nunc primum poſt *Jani Gruteri* & aliorum induſtriam exacta ad MSS. Codices

Am-

Ambroſianae Bibliothecae, additis Notis & Variis Lectionibus HENRICI CANISII ex edit. Ingolſtad. 1603. 8. pag. 1.

3. LANDULPHI SAGACIS, jam ſupra memorati additamentum ad Hiſtoriam Miſcellam, ex MS. Bibl. Ambroſianae nunc primum editum, à Juſtiniano usqve ad Leonem Aug. p. 179.

4. JORDANIS ſive JORNANDIS Hiſtoria de Getarum ſive Gothorum origine & rebus geſtis, a P. JOANNE GARETIO Monacho Ord. S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, cum Caſſiodori Operibus, Rotomagi 1679. fol. edita & notis illuſtrata: nunc vero ad fidem antiqviſſimi Codicis MS. Bibl. Ambroſianae accuratiſſime collata atqve emendata, cura & ſtudio JOSEPHI ANTONII SAXII, ejusdem Bibliothecae praefecti. p. 187.

5. Ejusdem JORNANDIS de Regnorum & temporum ſucceſſione, juxta exemplar editum ex muſeo NICOLAI BLANKARDI Lugd. Bat. 1647. p. 222.

6. PROCOPII Cæſarienſis Hiſtoriarum ſui temporis de bello Gothico libri IV. Latine ex interpretatione CLAUDII MALTRETI, S. I. Corpori Hiſtoriae Byzantinæ inſerta. Pariſ. 1662. fol. Acceſſit in hac editione HUGONIS GROTII * explicatio nominum & verborum Gothicorum, Vandalicorum & Langobardicorum. p. 243. 370

7. Ex-

* ex ejus Hiſtoria Gothorum, Amſt. 1655. 8.

7. Excerpta ex AGATHIÆ lib. 1. & 2. Hiſtoriæ, Latine, HUGONE GROTIO Interprete. ex edit. Amſt. 1655. 8. p. 379.

8. PAULI WARNEFRIDI, Langobardi, Diaconi Forojulienſis de Geſtis Langobardorum libri VI. ad MSS. & veterum Codicum fidem editi a FRIDERICO LINDENBROGIO Hamburgenſi, Hamb. 1611. 4. Qvibus in hac editione additæ ſunt variae Lectiones pervetuſti Codicis Ambroſiani & alterius Modoëtienſis, nec non Annotationes novae anteaqve ineditae HORATII BLANCI, Romani. p. 513.

Specimina characterum ex Codicibus MSS. Ambroſianae Bibl. Jornandis & Hiſt. Miſcellae ac Pauli Diaconi aere deſcripta adjunguntur, ſicut & ſpecimen characterum Codicis Modoëtienſis libror. Pauli de geſtis Langobardorum.

TOMI I. PARS II. *Ejusdem Auguſtiſſ. CAROLI VI. Majeſtati dedicata cum præfat. PHILIPPI ARGELATI, Bononienſis. Mediolan.* 1725.

9. LEGES LANGOBARDICÆ, ſecundum ordinem, qvo ſingulae prodierunt, digeſtae & poſt Venetas 1537. & 1621. (apud Juntas, cum Novellis Juſtinianeis) celebresqve JO. HEROLDI, Baſil. 1557. FRID. LINDEBROGII in Codice Legg. antiqvarum Francof. 1613. & MELCHIORIS GOLDASTI, ibid. 1613. & 1674. & STEPH. BALUZII in Capitularibus Regum

gum Francorum Pariſ. 1677. editiones, ad Codices MSS. Mutinenſes & Ambroſianae Bibliothecae diligenter exactae & emendatae, qvorum ſpecimina characterum etiam in tabula aenea praemittuntur. Accedunt nunc primigeniae ad easdem praefationes, tum aliqvot Leges & Formulae veteres non antea editae, una cum variis Lectionibus, & notis LUD. ANTONII MURATORII, ac praefatione in qva Placitum Ferrariae Ao. 1015. habitum ex tomo qvarto Annalium MSS. PEREGRINI PRISCIANI. p. 1.

10. Fragmentum Langobardicae Hiſtoriae PAULO Diacono attributum ex edit. MARQVARDI FREHERI, in Corpore Francicae Hiſt. p. 178. Hanov. 1613. qvi illud pro appendice opuſculi Pauli de Epiſcopis Metenſibus habuit. p. 183.

11. Opuſculum de fundatione celeberrimi Monaſterii *Nonantulani*, in agro Mutinenſi, ſub novisſimis Regibus Langobardicis circa *A. C.* 752. auctore MONACHO NONANTULANO, proximae (ut videtur) aetatis, una cum notis Clariſſ. Viri JOANNIS MABILLONII, Ex Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti, ſaeculo qvarto. p. 185.

12. Opuſculum *de ſitu* Civitatis MEDIOLANI, una cum *Vitis priorum Archiepiſcoporum Mediolanenſium* Auctore ANONYMO, qvi ſaeculo CHRISTI nono aut ſaltim decimo floruiſſe videtur, ex MS. Codice Bibl. Ambroſianae. p. 197.

13. Ordo antiqvus *Epiſcoporum ſuffraganeorum S. Mediolanenſis Eccleſiæ*; & *Catalogus Archiepiſcoporum Mediolanenſium* a S. Barnaba ad annum usqve MCCLI. ex MSto Codice Capituli Metropolitani Mediolanenſis. p.228

14. Excerpta Hiſtorica ex vetuſtisſimo Kalendario membranaceo MSto Ambroſianae Bibl. p. 233.

15. Hiſtoriae *Saraceno Siculæ* varia monumenta, collectore JOANNE BAPTISTA CARUSIO, Panormitano, ex editione * Panormi vulgata 1720. fol.

Chronicon Saracenico Siculum Cantabrigienſe (non Eutychii Patricidis, ſed junioris *Muhamedani Siculi*) ab *A. C.* 827. ad 963. p. 245.

Hiſtoria Saracenorum in Sicilia, ** ab *A. C.* 842. ad 904. excerpta ex Chronologia univerſali ISMAELIS *Alemujadad* ABULPHEDA, Regis Amani, ex Arabico Codice MS. Bibliothecae D. Laurentii Eſcurialis, Latine verſa a *M. Dobelio Citerone* Arabicae linguae Profeſſore. p. 249.

Continuatio ab *A.C.* 908. ad 1039. ex Hiſtoria cui titulus Aſmodſeri, compoſita in VI. Volumina ab ALKADI SCIOHABADIN filio Abiddami, Amanienſi: conſervata in Bibl. Eſcurialenſi & Latine reddita ab eodem Dobelio. p. 251.

THEO-

* Giornale de' Letterati d'Italia T. 35. p. 479.

** Italice apud Auguſtinum Inveges in Panormo ſacra p. 634. T. 2. annalium Panormi &c.

THEODOSII Monachi Epiſtola (ex Graeco verſa à Joſaphato Ord. S. Baſilii Monacho & Gr. linguae apud Meſſanenſes Profeſſore) ad *Leonem* Archidiaconum de *Syracuſanæ Urbis expugnatione* A. C. 878. vel 880. facta, cum animadverſionibus *P. Octavii Cajetani*, S. I. ex Tomo II. Siciliae ſacrae D. Rocchi Pirrhi, Panorm. 1633. 1644. fol. p. 255.

Martyrium S. PROCOPII, Epiſcopi Tauromenii, ejusqve ſociorum A. C. 903. ſcriptore JOANNE Diacono Neapolitano, cum animadverſionibus P. *Octaviani Cajetani* S. I. ex ejus tomo II. Sanctorum Siculorum p. 6. Panormi 1657. fol. & *Jo. Bollando* in Actis Sanctorum Januar. T. 1. p. 1098. p. 267.

Fr. CONRADI Dominicani, Prioris Conventus S. Catharinae in Civitate Panormitana ad B. Epiſcopum Catanenſem Epiſtola ſive breve Chronicon ab A. C. 1027. ad 1283. ex *Jo. Baptiſtæ de Groſſis* Catana ſacra p. 143. Catanae 1654. fol. p. 274.

Excerpta ex Chronologia Arabica HAZI ALIPHÆ MUSTAFA ad rem Saracenico Siculam pertinentia ab A. C. 703. ad 1159. Latine ex Italico *Joannis Reinaldi Caroli* Venet. 1697. p. 281.

16. JOANNIS Diaconi Eccleſiae S. Januarii Neapol. *Chronicon Epiſcoporum Neapolitanorum*, ab eorum exordio usqve ad A. C. 872. ex MS. Bibl. Vaticanae, cum praef. & notis *Lud. Antonii Muratorii*. p. 285.

17. *Chronicon* VULTURNENSE, Monaſterii olim celeberrimi S. Vincentii de Vulturno, Ord. S. Benedicti, nullius diœceſis in provincia Capuana, auctore JOANNE ejusdem Cœnobii Monacho ab A.C. 703. ad 1071. libri qvinqve cum ſexti fragmento ex MS. Bibl. Cardinalis Franc. Barberini, cum ejusd. Muratorii notis. Intexitur breve chronicon generale à rerum initio per ſex Mundi aetates, & Imperatorum Catalogus usqve ad Alexium Comnenum qvi A.C. 1081. cœpit imperitare, & Catalogus Pontificum Romanorum usqve ad Honorium II. qvi fuit ab *A.* 1124. p. 319

18. Spicilegium RAVENNATENSIS Hiſtoriae, ſive Monumenta Hiſtorica ad Eccleſiam & Urbem Ravennatem ſpectantia ex MS. Codice Bibl. Eſtenſis, cum altero MS. Ravennate collata, additis *Lud. Antonii Muratorii* animadverſionibus p. 525. Inter alia in hoc ſpicilegio, excerpta ex veteri *Chronico Ravennatenſi*, deſinentia in A. C. 1346. p. 574.

TOMUS II. *dicatus* HIERONYMO COLLOREDO S. R. I. *Comiti de Waldſee, Inſubrium Moderatori, A.* 1723.

19. AGNELLI, qvi & ANDREAS, Abbatis S. Mariae ad Blachernas, & S. BARTHOLOMÆI Ravennatis liber Pontificalis, ſive Vitae Pontificum Ravennatum, qvas D. BENEDICTUS BACCHINUS, Abbas S. Mariae de la Croma, Ord. S. Benedicti, Congregationis Caſſinenſis ex Bibliotheca

theca Eſtenſi eruit, diſſertationibus, nec non Appendice monumentorum illuſtravit & auxit. Mutinae 1708. 4. Omnia in praeſenti editione cum MS. Codice Eſtenſi rurſus collata, emendatiora & aucta, opera & ſtudio *Lud. Antonii Muratorii.* p. 1.

20. Bulla PASCHALIS Papae I. ad Petroniacum Ravennae Archiepiſcopum, à *Palatinis Sociis* ex MSS. Bibl. Ambroſianae edita, animadverſionibus & notis illuſtrata, ad emendandum exemplar editum ab Hieron. Rubeo in Hiſtoria Ravennatenſi, Venet. 1590. & Ferdinando Ughello, Florentino in Italia ſacra Rom. 1644. & Venet. 1717. Tomo II. p. 200.

21. *Hiſtoria Principum* LANGOBARDORUM, qvae continet antiqva aliqvot opuſcula de rebus Langobardorum *Beneventanae* olim *Provinciae*, qvae modo *Regnum* fere eſt *Neapolitanum*. * CAMILLUS PEREGRINUS Alex. fil. Campanus recenſuit atqve carptim illuſtravit. Neapoli 1643. p. 221.

22. *Epitome Chronicorum Caſſinenſium*, auctore ut fertur ANASTASIO Bibliothecario, ex Codd. MSS. p. 345.

23. ANONYMI *A.* 915. Carmen heroicum Panegyricum de laudibus BERENGARII Auguſti, libris IV. primum ab *Hadriano Valeſio*, Chriſtianiſſimi Regis Galliae Hiſtoriographo, Pariſ. 1663. 8. & nuper à Gvil. Godefrid. Leibnitio T. 1. ſcriptor.

 Brun-

* Herempertus iterum, & quædam alia opuſcula & altera pars operis Camilli Peregrini infra tomo V.

Brunſvicenſ. p.235. Hanoveræ 1610. editum ac notis illuſtratum. p.371.

24. SYNODUS TICINENSIS ab Epiſcopis Regniqve Proceribus celebrata pro electione ſeu confirmatione WIDONIS in Regem Italiæ. Ex Archivo Monaſterii Bobienſis S. Columbani à Palatinis Sociis nunc primum edita atqve illuſtrata. p.416.

25. LIUTPRANDI, primum Diaconi Ticinenſis, demum Epiſcopi Cremonenſis Hiſtoria, ejusqve legatio ad Nicephorum Phocam Imperatorem, cum notis *Henrici Caniſii* ex edit. Ingolſtàd. 1600. 4. p.417.

26. LUD. ANTONII MURATORII emendationes nonnullæ ad Luitprandi Hiſtoriam adhibendæ. p.476.

27. *Annales Bertiniani* REGUM FRANCORUM ab A.C.741. ſive a tempore qvo Carolo Martello defuncto, Carolomannus & Pippinus fratres Regnum adepti ſunt, usqve ad annum DCCCLXXXII. ex Codice vetuſtiſſimo Monaſterii *S. Bertini*, qvorum exemplar cura *Heriberti Rosweidi* S.I. deſcriptum eſt & a *Jo. Bollando* ejusdem Soc. Antwerpia transmiſſum, ad editionem *Andreæ du Cheſne* T.3. hiſt. Francorum p.50. Pariſ. 1641. p.490.

28. Appendix alterius Scriptoris ab A.C. DCCCLXXXIII. usqve ad DCCCC, qvam poſt Annales Fuldenſes ex *Marquardi Freheri* Tom. I. ſcriptor. rer. Germanic. Frf. 1624. 1637. Argentorat. 1717. edidit Andreas du Cheſne T.2. hiſtoriæ Francorum, Pariſ. 1641. p.570-576.

TOMI II. PARS II. Mediolan.1726. cum præf. *Philippi Albergati*, Bononienſis.

29. ERMOLDI NIGELLI, *Abbatis* ut videtur *Anianenſis* & Auctoris Synchroni, de rebus geſtis LUDOVICI PII Aug. ab A.C. 781. usqve ad A. 826. Carmen elegiacum nunc primum editum ex vetuſtiſſ. Codice Caeſareae Vindobonenſis Bibliothecae, de qvo Lambecius lib.II. p.395. & qvem edendum in ſe ſuſceperant idem Lambecius, hinc Daniel Neſſelius, & noviſſime Jo. Benedictus Gentilotus. Accedunt notae LUD. ANTONII MURATORII. p. 1.

30. ANNALES LAMBECIANI ſive *Annales Francorum* Pithoeanis integriores ab A.C. 717. ad 875. cum ſupplemento ab A.882. ad 887. ex MSS. Codicibus Auguſtisſimae Caeſareae Bibl. per Virum Clarisſimum Petrum Lambecium olim excerpti & evulgati nec non animadverſionibus illuſtrati lib.2. de Bibl. Vindobonenſi p. 345—358. & *Annales Fuldenſes* ſive *Laureshamenſes* Pithœana & Freheriana editione meliores ex eodem Lambecio p. 365—377. nunc recuſi cum additamentis & una cum criſi in eosdem Annales, praeſtantisſimi Viri *Jo. Benedicti Gentilotti* poſt Lambecium & Neſſelium Caeſareæ Bibliothecæ Praefecti ex eſusCatalogo MSS. Hiſtoricorum Latinorum laudatae Bibl. p. 83.

31. Supplementum ſive fragmentum CONCILII ROMANI ſub. *Nicolao I.* A.C. 863. habiti,

habiti, ex MS. Codice Bibl. Ambroſianae, (in qvo etiam mentio Concilii ſub Leone IV. habiti A. 853. qvod Holſtenius edidit.) p. 123.

32 Oratio *Anonymi* cujusdam *Epiſcopi* habita in CONCILIO ROMANO *A. C.* 864. ex eadem Bibl. Ambroſiana. p. 131.

Acta CONCILII TICINENSIS *A. C.* 876. habiti pro electione CAROLI CALVI in Regem Italiae, auctiora ex MS. Codice Ambroſianae Bibl. una cum animadverſionibus Clariſſ. Viri *Joſephi Antonii Saxii*, ejusdem Bibl. Praefecti. p. 143.

33. ANONYMI SALERNITANI *Paralipomena*, hoc eſt reliqva pars Hiſtoriae ab eo conſcriptae ab A. circiter DCCLX. usqve ad annum circiter DCCCCLX., ex MS. Codice *P. Euſtachii Caraccioli*, Clerici Regularis, cum notis *Lud. Antonii Muratorii.* p. 159.

34. CHRONICON FARFENSE ſive hiſtoria *Monaſterii Farfenſis* in Ducatu Spoletano, a Monaſterii ejus origine hoc eſt ab Anno circiter 681. usqve ad annum 1104. deducta, auctore GREGORIO Monacho & Chartophylace ejusdem Cœnobii, ex MS. Codice *Caracciolano*, cum praefat. & brevibus notis laudati *Muratorii.* p. 287.

35. Opuſcula tria nunc primum edita ex *MSS.* Veronenſibus. Carmen vetuſtiſſimum de laudibus *Mediolani*, & hymnus in *S. Ambroſium*: p. 689. Rhythmus in obitum *Caroli M.* Auguſti p. 690. & *Mutinenſis* urbis deſcriptio, ſive additamentum ad vitam *S. Geminiani*, Epi-

Epiſcopi Mutinenſis, Auctore *Anonymo* qvi circiter *A. C.* 910. floruit. p. 691.

36. *Fragmenta* qvae ſuperſunt *Chronici* NOVALICIENSIS Benedictinorum Monaſterii in Valle Seguſima ad radices Montis Cimiſii (nunc *la Novaleſa*) in ſubalpina ſive Pedemontana regione ſiti, auctore *Monacho Anonymo* qvi ſcripſit circa *A. C.* 1060. partim edita a V. C. Andrea du Cheſne T. 2. hiſt. Francor. p. 223. & T. 3. p. 635. partim nunc addita ex MS. Codice Malaſpineo, cum qvibusdam caſtigationibus clariſſ. Viri *Lud. Antonii Muratorii.* p. 694.

37 *Chronicon Monaſterii* Benedictinorum celeberrimi CASAURIENSIS, (al. PISCARIENSIS, & S. TRINITATIS) in inſula Aprutii ulterioris ad fluvium Aternum ſive Piſcariam, olim in diœceſi Pennenſi, nunc in Theatina, à Ludovico II. Imp. *A. C.* 866. conditi, auctore JOANNE BERARDI, ejusdem Cœnobii Monacho, ab ejus origine usqve ad Annum qvo ſcriptor florebat, deducta ad 1182. atqve antea partem ab *Andrea du Cheſne* T. 3. hiſt. Francor. p. 544. & à *Ferdinando Ughello* T. 6. Italiæ ſacræ pag. 1291. (edit. novæ T. 10. p. 394.) partim à *Luca Dacherio* edita T. V. ſpicilegii p. 361. (edit. novæ T. 2. p. 929.) nunc autem in unum collecta, & ordinata, atqve inſigni mole Chartarum nondum editarum è Chriſtianisſimi GalliæRegis Bibl. depromtarum locupletata, præmiſſa præf. *Lud. Antonii Muratorii.* p. 766.

38. *Kalendaria* duo pervetuſta cum præf. laudati Muratorii, depromta ex MSS. Bibl. Ambroſianæ & V.C. *Camilli Sitoni* Mediolanenſis. p.1027. 1035.

39. Vita *S. Athanaſii* Epiſcopi Neapolitani à *Johanne* Diacono Neap. circa A.C. 875. & à *Petro Subdiacono* Neapolitano; ſive Diacono Caſinenſi ſcripta, ex edit. *Guilelmi Cuperi* S.I. in Actis Sanctor. 15. Julii Tomo qvarto, cum ejus commentario prævio & notis. p. 1042.

40 Variantes Lectiones ad Hiſtoriam LIUTPRANDI, Ticinenſis Diaconi, demum Epiſcopi Cremonenſis, Tomo II. editam addendæ ex tribus MSS. Codicibus Bibl. Cæſareæ. p 1078.

41. VERONÆ rhythmica deſcriptio ab Anonymo facta circa *A.C.* 790. & à V.C. Jo. Mabillonio T. 1. Analect. p. 371. (edit. novæ p. 409.) in lucem edita p. 1093.

42. Emendationes Paralipomenon Anonymi Salernitani, ſupra hoc ipſo tomo p. 159. editi deſumtæ ex Vetuſtisſimo Codice Bibliothecæ Vaticanæ. p 1097.

TOMUS III. *dedicatus* FR. ANTONIO FOLCHIO de CARDONA, *Archiep. Valentino.*

43. ANASTASII BIBLIOTHECARII Vitæ Romanorum Pontificum, à Beato Petro Apoſtolo ad Nicolaum I. cum antiquiſſimo Codice, & tribus aliis exemplaribus Bibliothecæ Ambroſianæ nunc primum colla-

collatæ, adjectis Vitis Hadriani II., & Stephani VI. à GVILIELMO Bibliothecario ſcriptis, quibus præponitur

EMMANUELIS A SCHELESTRATE de antiquis Rom. Pontificum Catalogis &c. Diſſertatio ex tom.1.Antiqvitatis Eccleſ. illuſtratæ Rom.1692.fol. pag. 1.

JO. CIAMPINI Examen libri Pontificalis. ex edit.Rom. 1688. 4. pag. 33.

FRANCISCI BLANCHINI in Vitas Pontificum Romanorum Anaſtaſii Biblioth.Præfatio.ex edit.Rom.1718. fol.pag. 55.

Poſt Anaſtaſium verò additæ ſunt:

VITÆ Nonnullorum Pontificum Romanorum à *Nicolao Aragonia* Cardinali conſcriptæ; nunc primùm editæ ex tribus MSS. Codicibus Bibliothecarum Ambroſianæ, Eſtenſis, & Rev. Capituli Metropol. Mediolanenſis, qvibus loco ſuo inſertæ ſunt aliæ Vitæ Summor. Pontiff. Rom. ex variis Auctoribus excerptæ ordine ſequenti:

LEONIS IX. ex MS. ſupradicti *Card. Aragoniæ.* pag. 277.

Ejusdem Pontificis Vita auctore *Wiberto Æquali*, cum Notis, & Obſervationibus *Jo. Mabillonii* ſæculo VI. Benedictino parte 2. pag. 278.

STEPHANI IX. ex MS. *Cardinalis Aragoniæ.* pag. 300.

NICOLAI II. ex eodem MS. pag. 301.

ALEXANDRI II.ex eodem MS. pag. 302.

GREGORII VII. Auctore *Pandulpho Piſano*

ſano, ex duobus MSS. Bibliothecæ Ambroſianæ. pag. 304.

Ejusdem Pontificis ex MS. *Card. Aragoniæ.* Ibidem.

Ejusdem Pontificis Auctore *Paulo Bernriedenſi* Subæquali, cum Notis, & Obſervationibus *J. Mabilloni* Ord. S. Benedicti. ſæculo VI. parte 2. pag. 314.

VICTORIS III. ex MS. *Pandulphi Piſani.* pag. 351.

Ejusdem Pontificis ex MS. *Bernardi Guidonis* nunc primùm ex Bibliotheca Ambroſiana evulgato. Ibid.

URBANI II. ex MS. *Pandulphi Piſani* pag. 352.

Ejusdem Pontificis ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

PASCHALIS II. ex MS. *Pandulphi Piſani.* pag. 354.

Ejusdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 360.

GELASII II. ex MS. *Pandulphi Piſani*, cum Commentariis integris *Conſtantini Cajetani* Ord. S. Benedicti. pag. 367.

Ejusdem Pontif. ex MS. *Cardinalis Aragoniæ.* pag. 418.

CALISTI II. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejusdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 419.

Ejusdem Pontif. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 421.

HO-

HONORII II. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 422.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

Arnulphi Sagienſis Archidiaconi, poſtea Epiſcopi Segovienſis, de Schiſmate orto poſt Honorii II. Papæ deceſſum. pag. 423.

INNOCENTII II. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 433.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 434.

COELESTINI II. ex MS. *Barnardi Guidonis.* pag. 436.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 437.

LUCII II. ex ms. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* Ibid.

EUGENII III. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex MS. *Card. Aragoniæ.* pag. 439.

ANA-

ANASTASII IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 440.

Ejusdem Pontif. ex *MS. Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejusdem pontif. ex *MS. Card. Aragoniæ.* Ibid.

ADRIANI IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejusdem Pontif. ex *MS. Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejusdem Pontif. ex *MS. Card. Aragoniæ.* pag. 441.

ALEXANDRI III. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 446.

Ejusdem Pontif. ex *MS. Pandulphi Piſani.* Ibid.

Ejusdem Pontif. ex *MS. Card. Aragoniæ.* pag. 448.

LUCII III. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 475.

Ejusdem Pontif. ex altero anonymo *Ms.* pag. 476.

URBANI III. ex *Ms. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejusdem Pontif. ex altero anonymo *Ms.* pag. 477.

GREGORII VIII. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 478.

Ejusdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* Ibid.

CLEMENTIS III. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejus-

Digitized by Google

Ejuſdem Pontif., ex altero anonymo *MS.* pag. 479.

COELESTINI III. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejuſd.Pontificis ex M.S.Bibl.Ambroſianæ p.480.

INNOCENTII III. ex *MS.* Bern. Gvidonis p.480.

Ejuſdem Pontif. ex *Stephano Baluzio* præf.ad ejus Epiſtolas,Pariſ.1682.fol.p. 486.

HONORII III. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 568.

Ejuſdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* pag. 570.

GREGORII IX. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejuſdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* pag. 574.

Ejuſdem Pontif. ex *MS. Card. Aragoniæ.* pag. 575.

COELESTINI IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* pag. 589.

Ejuſdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* Ibid.

INNOCENTII IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejuſdem ſcripta à *Fr. Nicolao de' Curbio* Ord. Min. poſtmodum Epiſcopo Aſiſinatenſi ex *Baluzio.* T.VII.Miſc.p.353.pag 592.

Ejuſdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* Ibid.

ALEXANDRI IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.

Digitized by Google

Ejuſdem Pontificis ex altero anonymo *MS.* pag. 593.
URBANI IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.
Ejuſdem Pontif. ex altero anonymo *MS.* pag. 594.
CLEMENTIS IV. ex *MS. Bernardi Guidonis.* Ibid.
Ejuſdem Pontificis ex altero anonymo MS. pag. 597.
GREGORII X. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.
Ejuſdem Pontificiis ex altero anonymo MS. pag. 598.
Ejuſdem Pontificis ab antiqviſſimo *Anonymo* Auctore ſcripta, & à *Petro Maria Campo* in Hiſtor. Placent. A 1651. relata. pag. 599.
INNOCENTII V. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 605.
Ejuſdem Pontificis ex altero anonymo MS. Ibid.
ADRIANI V. ex MS. *Bernardi Guidonis* Ibid.
Ejuſdem Pontificiis ex altero anonymo MS. pag. 606.
JOANNIS XXI. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.
Ejuſdem Pontificis ex altero anonymo MS. Ibid.
NICOLAI III. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.
Ejuſdem Pontificis ex altero anonymo MS. pag. 608.
MARTINI IV. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejusdem Pontificis ex altero anonymo MS. pag. 609.

HONORII IV. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 611.

Ejusdem Pontificis ex altero anonymo MS. pag. 612.

NICOLAI IV. ex MS. *Bernardi Guidonis.* Ibid.

Ejusdem Pontificis ex altero anonymo MS. pag. 613.

COELESTINI V. opus Metricum *Jacobi Cardinalis S. Georgii* ad Velum aureum, coævi & in Papatu familiaris ex duobus Codicibus MSS. cum notis *Danielis Papebrochii.* Ibid.

Ejusdem Pontificis ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 669.

BONIFACII VIII. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 670.

BENEDICTI XI. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 672.

CLEMENTIS V. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 673.

JOANNIS XXII. ex MS. *Bernardi Guidonis.* pag. 679.

NOMINA Pontificum Rom. qvorum vitæ in hoc Tomo continentur, ordine Alphabetico diſpoſita. pag. 685.

INDEX qvalis in aliis etiam Voluminibus Rerum, & Nominum. pag. 687.

TOMUS IV. *dedicatus EUGENIO Principi A Sabaudia, S. R. I. Mareſcallo & Exercituum Duci.*

44. ARNULPHI Mediolanenſis Hiſtoriographi rerum ſui temporis libri V. ſcripti circa *A. C.* 1085. ab illuſtri Viro *Godefrido Gull. Leibnitio* T. 3. ſcriptor. Brunſvic. p. 727. Hanoveræ 1711. editi, nunc vero ad fidem antiqviſſimi Codicis Eſtenſis, & duorum Bibl. Metropolitanæ Mediolanenſis caſtigati, adjectisqve variantibus lectionibus & Hiſtoricis atqve Criticis notis *Leibnitii*, *Muratorii* & aliorum illuſtrati, præmiſſo ex Codicibus Eſtenſi & Mediolan. characterum ſpecimine ære deſcripto. p. 1.

45. LANDULPHI *Senioris*, Mediolanenſis Hiſtoriæ libri IV. ad annum fere 1085. nunc primum editi ex MSS. Codd. Eccleſiæ Metropolitanæ ex qvibus ſpecimen Characterum poſt celeberr. *Muratorii* prolegomena præfigitur. Landulphum *Horatius Blancus* Romanus recenſuit. p. 47.

46. *Jo. Petri Puricelli*, Mediolanenſis, diſſertatio utrum S. Ambroſius Clero ſuo Mediolanenſi permiſerit ut Virgini nubere ſemel poſſet, ſicut in Chronicis Datii & Landulphi affirmatur. p. 121.

47. Catalogus vetus Archiepiſcoporum Mediolanenſium usqve ad Galdinum defunctum *A. C.* 1176, ex MS. Codice Bibl. Metropolitanæ. p. 141.

Chro-

46. *Chronica duo brevia Regum Italiæ* ex Mss. Codd. Ambroſianæ Bibl. à Lud. Antonio Muratorio vulgata. p. 145.

47. *Chronica ſacri Monaſterii* CASINENSIS, ab *A. C.* circiter 500. ad 1087. auctore LEONE *Marſicano*, Epiſcopo *Oſtienſi*, continuatore PETRO Diacono, ejusdem Cœnobii Monachis: poſt editiones Venetam 1513. Pariſ. 1603. & non fidelem ſatis *Matthæi Laureti*, Abbatis S. Salvatoris de Caſtellis & Neapolitanam A.1616. ab ANGELO DE NUCE, Neapolitano, Abbate Caſini *CXXXVI.* Examinatore Epiſcoporum atqve inde Archiepiſcopo Roſſanenſi edita notisqve illuſtrata Pariſ. 1668. fol. Præmittitur in Vitam S. Benedicti ſpicilegium. Nunc vero ſuis locis additæ ſunt Diſſertationes & notæ, qvæ in præfata editione fuerant omiſſæ, ac aliæ poſteriores hactenus ineditæ ex avtographo Caſinenſi ipſius ANGELI DE NUCE, cum præf. Clariſſimi MURATORII p. 151. (ſuppleta etiam eſt & ad præſentem ſtatum accommodata deſcriptio ſacri montis Caſini p. 174.) Appendix exhibet MARCI Poëtæ, diſcipuli ſ. Benedicti in ejus laudem camen elegiacum p. 605. Capitulum LUDOWIHI Imperatoris p. 607. Ritus electionis Abbatis Caſinenſis pag. 610. 618. & confirmationis à Pontifice pag. 612. LOTARII Imperatoris Epiſtolas V. p. 621. Epiſtolas III. GVIBALDI Caſinenſis ad Monachos Caſinenſes p. 622. ANGELI DE NUCE

 itera-

iterata reſponſio pro Caſinatibus adverſus nuperum aſſertorem translationis S. Benedicti. p. 623.

TOMUS V. *dicatus* BENEDICTO ODESCHALCO *Cardinali, Archiep. Mediolanenſi.*

48. Chronologi antiqvi qvatuor, HEREMPERTUS * *Langobardus*, Monachus Benedictinus Caſſinenſis de geſtis Principum Beneventanorum ab *A. C.* 745. ad 912. p. 15. Et ex fuſiore ejus Hiſtoria fragmenta ex Cod. MS. excerpta à *Jo. Baptiſta Bolvito* p. 31. LUPI *Protoſpatarii* Chronicon breve rerum in regno Neapolitano geſtarum ab *A. C.* 860. ad 1102. cum appendice incerti Auctoris ad A. 1519. e Codice MS. Jo. Franciſci Rubei p. 37. ANONYMI *Caſſinenſis* ab *A. C.* 1000. ad 1212. p. 55. FALCONIS *ſcribæ S. Palatii & Judicis Beneventani* de rebus ſua ætate geſtis ab *A. C.* 1102. ad 1140. p. 82. cum appendicibus Hiſtoricis; ab his variæ exterarum gentium in Neapolitanum regnum irruptiones, prælia & illatæ aut exceptæ clades, brevius, fuſius, inculto qvidem ſed veridico ſtylo deſcribuntur. Ex editione ANTONII CARACCIOLI ex Ordine Clericorum Regular. Presbyteri, qvi *Nomenclatorem* & Propylaea, ut vicem commentarii ſube-

* Idem ex Camilli Peregrini editione ſupra Tom. 2. num. 21. Edidit etiam V. C. Jo. Georgius Eccardus Tom. I. Corporis Hiſtorici medii ævi p. 49. Lipſ. 1723. fol.

ſubeant, Operi adjunxit. Neapoli 1626. 4. Nunc vero additæ Caſtigationes CAMILLI PEREGRINI, ex ejus hiſtoriæ Principum Langobardorum libro primo, Neap. 1643. pag.1.

49. ANONYMI Caſſinenſis alia ἔκδοσις ſubjuncta à Lud. ANTONIO MURATORIO, ac prima qvidem pars ab *A. C.* 1000. ad 1154. ſub nomine *Domni* ALBERICI, Monachi Caſinenſis & Praepoſiti S Mariae de Albaneta pag.139. Altera ab A. C. 1191. ad 1208. ex alio Codice. p.143.

50. *Chronicon* ignoti CIVIS BARENSIS ſive LUPI *Protoſpatæ* ab Anonymo auctore *Barenſi* qva auctum qva decurtatum ab A. C. 855. ad 1118. cum notis CAMILLI PEREGRINI qvi ex MS. membranaceo Salernitano recenſuit, Neapoli 1643. p.147.

51. CAMILLI PEREGRINI, Alexandri F. Campani, Hiſtoriae Principum Langobardorum liber II. ſive diſſertationes de inſtitutione, finibus & deſcriptione antiqvi Ducatus Beneventani, praemiſſa ejus tabula Geographica p.159. cui adjicitur *ſeries Abbatum Caſinenſium* à *Petronacio* Brixiano & ab *A. C.* 720. ad Abbatem Rainaldum Calamentanum & ad A. 1137. pag.201. Demum diſſertationes tres ſcriptae Italice, de Colimentana familia, de ſignificatione nominis *Porta* pro civitate & provincia, & de antiqvo ſitu Urbis *Capuæ*. p.229.

52. GVILELMI *Appuli* Hiſtoricum poëma epicum libris V. diſtinctum *de rebus Normannorum in Sicilia, Appulia & Calabria geſtis* usqve ad mortem Roberti Gviſcardi Ducis, e vivis ſublati A.C. 1085. ad filium ejus Rogerium. Ex editione *Jo. Tiremai* Hautenoei, Fiſci in provincia Rothomagenſi Patroni, Rotomag. 1582. & *Guil. Godofredi Leibnitii* (Tomo 1. ſcriptorum Brunſvicenſium p. 578. Hanoverae A. 1707. fol.) cum utriusqve Viri docti notis. p. 245.

53. *Chronicon* breve *Nortmannicum* ab A. C. 1041. ad 1085. e MS. Codice Archivi Epiſcopalis Eccleſiae Neritinae (*di Nardò*) collato cum aliis duobus MS. p. 279.

54. Geſta TANCREDI Principis in expeditione Hieroſolymitana usqve ad A. C. 1105. proſario ſermone & verſibus per capita CLVII. auctore RADULPHO *Cadomenſi* ejus familiari, ex editione *Edmundi Martene & Urſini Durand*, Presbyterorum Monachor. Benedictinorum e Congregatione S. Mauri, in theſauro novo Anecdotorum, Pariſ. 1717. fol. Tom. 3. p. 112. cum eorundem obſervationibus & praefatione *Muratorii*. p. 279.

55. Vita MATHILDIS Comitiſſæ, celeberrimæ Principis Italiæ qvæ *A. C.* 1115. 19. Cal. Aug. obiit, carmine hexametro & plerumqve leonino ſcripta libris duobus à DONIZONE Presbytero & Monacho Canuſino Ord. S. Benedicti cum Codicibus duo-

bus

bus Padolironenſi & Regienſi collata, & caſtigatior multisqve verſibus auctior, poſt editiones *Sebaſt. Tegnagelii* ſive *Jac. Gretſeri* in Veteribus monumentis contra Schiſmaticos, Ingolſtad. 1612. 4. & ex Codice Romano meliorem *Guil. Godofredi Leibnitii* T. I. ſcriptor. Brunſvic. p. 629. additis Leibnitii & novis *Lud. Antonii Muratorii* annotationibus p. 335. Chartula Comitiſſæ Mathildis ſuper conceſſione bonorum ſuorum facta Romanæ Eccleſiæ p. 384. (ex Leibnitii T. I. p. 687.) cum relatione de theſauro Romam transmiſſo & de compenſatione Eccleſiæ Canuſinae facta. p. 385.

56. Vita ejusdem *Mathildis*, oratione ſoluta, in compendium ex Donizone miſſa ab auctore Anonymo, ex ejusdem laudatiſſ. *Leibnitii* editione Tom. I. p. 689. p. 387.

57. ANONYMI *Novocomenſis* CUMANUS, ſive poëma epicum verſuum 2030. de bello & excidio Urbis Comenſis ab *A. C.* 1118. usqve ad 1127. è MSS. Mediolanenſibus & Comenſibus, cum Indice locorum Geographico & caſtigationibus ac notis D. *Joſephi Mariæ Stampæ*, è Somaſchenſi Congregatione. p. 399.

58. LANDULPHI *Junioris* ſive DE SANCTO PAULO Hiſtoria Mediolanenſis ab A. C. 1095. ad 1137. è MSS. Codd. Metropolitanæ Mediolanenſis Bibliothecæ, cum notis *Joſephi Antonii Saxii*, Ambroſianæ Bibl. Præfecti p. 459.

59. Magiſtri MOYSIS *Pergamenſis* ſive *Bergomatis* BERGAMINUS, ſive Carmen epicum verſuum CCCLXXXII. *de laudibus* BERGOMI, ſcriptum tempore Ambroſii Epiſcopi Bergomenſis, h.e. circa *A. C.* 1120. * & à *Mario Mucio* editum cum theatro carminum Achillis Mutii Patris ſui, Bergom. 1596. Nunc ope MSS. expurgatum ac ſuæ integritati reſtitutum à Lud. Antonio Muratorio p. 521.

60. GAUFREDI MALATERRÆ, Monachi Benedictini *Hiſtoria Sicula* ab A. C. 1099. ad 1265. libris IV. ad Georgium Catanæ Epiſcopum ad fidem Veterum MSS. à *Joanne Baptiſta Caruſio* in collectione nova ſcriptorum Siculorum, Panormi edita A. 1723. nunc iterum cum prioribus editionibus *Hieron. Surita*, Cæſarauguſt. 1578. typis Dominici Portonarii, & Francofurtenſi Tom. 3. Hiſpaniæ illuſtratæ A. 1606. collata, multisqve mendis expurgata ab eodem *Muratorio*, præmiſſa arbore Principum Normannorum genealogica p. 537. p. 537.

61. *Appendix* ex Codice Marchionis Jarratanæ

* Marius Mucius auctorem Moyſem Mucium vocat, fingitque ſcriptum eſſe A.C. 705. præfixa etiam ad Juſtinianum II. Imperatorem CPol. Epiſtola. Sed in MSS. Codicibus hæc deſideratur, eamqve ab Achille Mucio confictam eſſe contendit eruditiſſ. Muratorius, teſtatus in MS. quoqve auctorem non Moyſem Mucium, ſed ſimpliciter Magiſtrum Moyſen Pergamenſem appellari.

næ ad ultimum capitulum libri IV. Hiſtoriæ Gaufredi Malaterræ p. 603.

62. ALEXANDRI, Monachi Teleſini Cœnobii S. Salvatoris, Teleſiæ in regno Neap. de rebus ROGERII, Siciliæ Regis ab *A. C.* 1127. ad A. 1135. libri IV. ex edit. *Hieron. Surita*, Cæſaraugust. 1578. & Francof. 1606. in Tomo III. Hiſpaniæ illuſtratæ cum Gaufredo Malaterra, & in ſcriptoribus Siculis *Jo. Baptiſtæ Caruſii*, (Panormi 1723. fol.) additis capitum argumentis p. 607. Alexandri Abbatis alloqvium ad Regem Rogerium p. 664.

TOMUS VI. *dicatus* GILBERTO BORROMÆO *Cardinali*, *Epiſcopo Novarienſi.*

63. PETRI Diaconi, Monachi ac Bibliothecarii S. Caſinenſis Archiſterii, de Viris illuſtribus Caſinenſibus opuſculum ex celeberr. Bibliotheca Barberina depromtum, notisqve illuſtratum ſtudio & opera *Jo. Baptiſtæ Mari* Romani, S. Angeli in foro piſcium Canonici, ex edit. Romana 1655. recuſa Pariſ. 1666. 8. & in Bibliotheca Patrum Lugd. 1677. T. 21. p. 345. & in Bibliotheca Eccleſiaſtica me curante vulgata Hamb. 1718. fol. p. 1.

64. *Acta Translationis Corporis* S. GEMINIANI, Epiſcopi Mutinenſis, qvæ facta eſt *A. C.* 1106. ab auctore ſynchrono conſcripta & nunc primum edita ex MSS. Codicibus Bibl. Eſtenſis. p. 85.

65. CHRONICA varia PISANA a *Ferdinando Ughello* jam evulgata, T. 3. Italiæ ſacræ Rom. 1646. & edit. novæ Venet. 1721. T. X.

Geſta triumphalia per Piſanos facta, de captione Hieruſalem & Civitatis Majoricæ & aliarum Civitatum ab *A. C.* 114. ac deinceps. p. 100.

Fragmentum Chronici brevis Piſani, auctore incerto ab A. C. 688. ad 1136. p. 107.

LAURENTII Veronenſis ſeu Vernenſis Petri II. Archiep. Piſani Archidiaconi rerum in Majorica Piſanorum, ac de eorum triumpho Piſis habito A. C. 1114. 1115. libri VII. carmine heroico ad fidem membranacei Codici *Viviani de Vivianis*, Inſulani Epiſcopi. p. 111.

Breviarium Piſanæ Hiſtoriæ usqve ad A. 1269. deſcriptum A. 1371. à *Michaele de Vito*, Piſano Canonico, nunc auctius & emendatius prodit ex MS. Lucenſi. p. 163.

66. Vitæ qvatuor priorum Abbatum *Cavenſium* in Comitatu Salernitano, *Alpherii*, *Leonis*, *Petri* atqve *Conſtabilis*, auctore *Anonymo* Abbate Venuſino non diu poſt *A. C.* 1124. qvo Conſtabilis obiit, nunc primum editæ ex MS. Monaſterii Cavenſis, cujus apographum vir eruditiſſ. Benedictus Bacchinius Clariſſimo Muratorio ſuppeditavit. p. 199.

67 Cavenſium Abbatum nomina verſibus comprehenſa p. 236. Hiſtoria Conſecrationis S. Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis Cavenſis

venſis

Digitized by Google

venſis factæ ab Urbanum II. A.C. 1092. 5.Sept. p.237.

68CAFFARI Conſulis ab A. 1100.ejusqve continuatorum OBERTI Cancellarii ab A.1163. OTTOBONI ab A. 1174. & hinc OGERII PANIS, MARCHISII & BARTHOLOMÆI Scribarum ſive Cancellariorum usqve ad A.1263. Deinde plurium aliorum & JACOBI de AURIA usqve ad A. 1294. *Annalium Genuenſium* libri X. nunc primum editi ex duobus MSS. p.241.

69.Brevis Hiſtoria liberationis MESSANÆ à Sarracenorum jugo per Comitem ROGERIUM Normannum à Meſſanenſibus vocatum facta *A.C.* 1060. ex V. C. *Stephani Baluzii* T. VI. Miſcellan. p.174. Pariſ. 1713. 8. p. 611.

70.OTTONIS * *Friſingenſis* Epiſcopi libri II. ejusqve Continuatoris RADEVICI Canonici Friſingenſis & Diaconi libri totidem de geſtis FRIDERICI I. Imperatoris, deſinentes in *A.C.* 1160. Regni ejus ſeptimo, Imperii qvinto (uti Otto jam in A. 1156.) poſt editiones Jo.Cuſpiniani A.1515.&Chriſtiani Urſtiſii A.1585.& 1670. nunc ad fidem MSS.Codicum Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis caſtigati, praemiſſa FRIDERICI Imp. ad Ottonem Friſingenſem patruelem ſuum Epiſtola p. 630.

71.OTTONIS de SANCTO BLASIO Chronicon

* Ottonis A.C. 1159. defuncti obitum luget atque laudes perſequitur Radevicus lib. 2. c. 11.

nicon ſive appendix ad Ottonem Friſingenſem & Radevicum de rebus geſtis FRIDERICI I. ab *A. C.* 1146. ad 1209. poſt Urſtiſianam editionem nunc caſtigatum ad Codicem MS. Bibl. Caeſareae Vindob. p.860.

72. Epiſtola BURCHARDI, Notarii Imp. ad Nicolaum, Sigebergenſium Abbatem, de Victoria FRIDERICI Imp. & excidio Mediolanenſi peracta *A. C.* 1162. ex editione *Marqu. Freheri* T. 1. Germanicar. rer. ſcriptorum pag. 236. additis V. C. *Burch. Gothelf. Struvii* notis ex edit. operis Freheriani Argentoratenſi A. 1717. p.913.

73. *Magiſtri* BONCOMPAGNI, Florentini Profeſſoris Bononienſis, clari circa A.C. 1218 liber de Obſidione Anconae à Copiis FRIDERICI I. Imp. A.C. 1172. ex M.S. codice V. c. *Philippi Argelati*, Bononienſis cum Praef. *Lud. Antonii Muratorii.* p.919

74. OTTONIS qvi Lotharii III. & Conradi II. Regis legatus fuit, ejusqve filii ACERBI MORENÆ Hiſtoria rerum LAUDENSIUM in qva res geſtae à FRIDERICO Imp. recenſentur ab *A. C.* 1153. ad 1168. edita pridem à *Felice Oſio* Mediolanenſi, Profeſſore Patavino Venet. 1639. & cum eruditis ejus notis recuſa Tom. 3. theſauri antiqvitatum Italiae Graeviani, ac ſine illis in Tom. 1. ſcriptorum Brunſvicenſium celeberrimi Leibnitii p.806. ſed nunc longe diverſa in multis ex Codd. Bibl. Ambroſianae, cum editione Oſiana ex adverſo poſita, & in Oſii notarum

rum

rum locum adjunctis novis *Joſephi Antonii Saxii* Bibl. Ambroſianae praefecti, & *Anonymi* Ord. S. Benedicti Monachi (Domni *Caſpari Berettæ*) p. 948.

75. Sire RAUL ſive RADULPHI Mediolanenſis, auctoris ſynchroni Commentarius de rebus geſtis FRIDERICI I. in Italia commentarius ab *A. C.* 1154. ad 1177. ex MS. Bibl. Braydenſis Patrum S. I. Mediolani. p. 1174—1195.

TOMUS VII. *dicatus Sereniſſ. Principi* RAYNALDO Eſtenſi, *Mutinæ, Regii, Mirandulæ Duci, Carpi, Corrigii &c. Principi*. Mediolan. 1725.

76. Chronicon ROMUALDI II. Archiepiſcopi Salernitani ab Orbe Condito ab *A. C.* 1178. nunc primum editum ex MS. Codice Bibl. Ambroſianæ, cum animadverſionibus clariſſ. Viri *Joſephi Antonii Saxii*, eidem Bibl. Prafecti. p. 1.

77. Hiſtoria HUGONIS FALCANDI de rebus geſtis in Siciliae Regno praecipue ab *A. C.* 1154. ad 1169. ſcripta circa A. 1190. & ex Bibliotheca Sicula viri celeberrimi *Jo. Baptiſtæ Caruſii*, vulgata Panormi 1723. fol. depromta, cumqve prioribus editionibus Gervaſii Tornacenſis Pariſ. 1550. & Wecheliana Francof. 1579. (inter rerum Sicularum ſcriptores) collata & emendata. p. 247.

78. GODEFRIDI *Viterbienſis*, Notarii Conradi

radi III. Regis, Friderici I. Imp. & Henrici VI. ejus filii *Pantheon* * ſive memoria ſaeculorum, ubi praetermiſſis iis qvae ad Veteris Teſt. hiſtoriam & prima poſt CHriſti Nativitatem tempora ſpectant, illa ſolum qvae a temporibus Conſtantini M. & à parte XVI. Chronici ad partem XX. utpote ad Italiam pertinentia, ad tempora usqve Urbani III. Papae & ad *A. C.* 1186. referuntur. p. 346.

79. SICARDI Epiſcopi Cremonenſis *Chronicon* à Nativitate CHriſti usqve ad A. Ærae Chriſtianae 1213. ex MS. Codice Auguſtae Caeſareae Bibl. & ex altero Bibl. Eſtenſis, cum additamentis continuatoris ab A. 1215 ad 1222. p. 520.

80. ANONYMI *Chronicon* breve *Cremonenſe* ab A. C. 1096. ad 1232. ex MS. Codice Cremonenſi. p. 629.

81. Laterculus Magiſtratuum Cremonenſium ab A. C. 1138. ad 1136. ex codice *Jo. Jacobi Turricini*, Cremonenſis. p. 643.

82. BERNARDI *Theſaurarii* liber de acqviſitione Terrae ſanctae ab A. C. 1095. usqve ad A. circiter 1230. Gallice ſcriptus, tum in Latinam linguam converſus circiter annum 1320. à Fratre FRANCISCD PIPINO, Bo-

* Præter editiones Jo. Heroldi Baſil. 1559. & Jo. Piſtorii Frf. 1584. & Hanov. 1613. Clariſſ. Muratorius contulit Anonymi Chronicon Ms. in Bibl. Eſtenſi, cujus auctor pantheo Godefridi uſus, quædam emendatius effert & plenius.

Bononienſi, Ord. Praed. ex MS. Codice Bibl. Eſtenſis. p. 657.

83. CHRONICON *Foſſæ Novæ*, ab Anno primo noſtrae Salutis usqve ad *A. C.* 1217. Auctore ANONYMO, jampridem editum à *Ferdinando Ughello* ſub JOANNIS de CECCANO nomine T. 1. Italiae ſacrae appendice p. 450. A. 1644. & T. X. edit novae p. 1. nunc ab innumeris mendis purgatum p. 851.

84. CHRONICON breve *Atinenſis Eccleſiæ* auctoribus *Anonymis* duobus Atinatenſibus ab Anno primo Julii Caeſaris ad *A. C.* 1356. cum donationis monumento qvod Leo Atinas Epiſcopus Clericis ſuis conceſſit A. 1356. ex Codice perantiqvo MS. Monaſterii Foſſae novae publicatum ab eodem Ughello, T. 1. & editionis novæ T. X. p. 899.

85. CHRONICON *Cavenſe* ab *A. C.* 569. usqve ad 1318. nunc primum editum è MSS. Codicibus. p. 913.

86. Excerpta ex *Martyrologio* & *Necrologio Caſinenſi* manu exaratis, una cum aliis ad Monaſterium Caſinenſe ſpectantibus, nunc primum in lucem edita. p. 933

87. RICHARDI *de S. Germano* CHRONICON rerum per Orbem geſtarum ab exceſſu Gvilelmi Siciliae Regis, Anno ſcilicet Domini 1189. ad Annum usqve 1243. ex membranaceo Codice Bibliothecae Caſinenſis à Ferdinando Ughello jam editum in Italia ſacra T. 3. p. 953. A. 1647. & edit. novae T. X. p. 173.

p. 173. & in praeſenti editione ab innumeris ferme erroribus expurgatum. p. 963.

88. MATTHÆI SPINELLI *de Juvenatio*, Auctoris ſynchroni Ephemerides Neapolitanae, ſive Diarium rerum geſtarum in regno Neapolitano ab *A. C.* 1247. usqve ad A. 1268. Italice ſive Apula dialecto nunc primum edita ex MSto Codice, cum Latina verſione & notis Clariſſimi Viri DANIELIS PAPEBROCHII è Soc. Jeſu, pridem vulgata in propylaeo ad Acta Sanctorum Maji, & in Jo. Baptiſtae Caruſii T. 2. Bibl. hiſtoriae Regni Siciliae p. 1089. p. 1055

TOMUS VIII. *dicatus Wirrico Philippo Laurentio S. R. I. Comiti & Domino in & de DAUN, Theani Principi, Inſubrium Moderatori.*

89. GERARDI MAURISII, Civis & Judicis Vicentini Hiſtoria de rebus geſtis ECCELINI de ROMANO, ab A. C. 1183. ad A. circiter 1237. ex editione qvam illuſtriſſ. *Dominici Nolini* auſpiciis ex *Felicis Oſii* ſchedis A. 1631. extincti vulgavit V. C. *Laurentius Pignorius* Venet. 1636. fol. una cum Rolandino Monacho Patavino, Albertino Muſſato aliisqve Marchiæ Veronenſis, hodie Tarviſinæ ſcriptoribus, & celeberrimus *Leibnitius* iterato dedit in Tomo II. ſcriptorum Brunsvicenſium p. 28. Hanoveræ 1710. p. 1.

90. ANTONII GODI, Nobilis Vicentini Chronica qvæ exſtant ab *A. C.* 1194. usqve ad 1260. ejusdem fere methodi & argumenti

menti cum Gerardi Mauriſii Hiſtoria, & ab eodem *Felice Oſio*, artis Oratoriæ interprete in Gymnaſio Patavino, tribus e MSS. codicibus Vicentinis defœcata, & recenſita, nunc autem poſt edit. Venetam 1636. fol. caſtigata & aucta ex duobus MSS. Bibl. Ambroſianæ à *V. C.* Joſepho Antonio Saxio, eidem Bibl. Præfecto. p. 67.

91. NICOLAI SMEREGI, Notarii Vicentini de Burgo Bericæ, Chronicon ſimile ab *A. C.* 1200. usqve ad A. 1279. adjecto Scriptoris *Anonymi* ſupplemento ab *A. c.* 1279. ad A. 1312. ejusdem Oſii ſtudio erutum & ad MSS. codicem fidem emendatum, nunc poſt editionem Venetam 1636. auctum & caſtigatum ex duobus codicibus Bibl. Ambroſianæ. p. 95.

92. RICCIARDI, Comitis Sancti Bonifacii *Vita* magnam rerum inter ipſum & Eccelinos geſtarum partem accurate complectens, *incerto auctore* conſcripta: ex ejusdem Oſii recenſione ad edit. Veneta A. 1636. p. 117

93. LAURENTII DE MONACIS, Veneti Senatus a Secretis, ac Cretenſis Regni magni Cancellarii *Ezerinus III.* ex ejusdem hiſtoriæ libro XIII. excerptus, adjectis animadverſionibus Felicis Oſii ex edit. Venet. A. 1636. p. 135.

94. ROLANDINI Patavini de factis in Marchia Tarviſina ab A. circiter 1180. ad 1260. libri XII. & ipſi ab Oſio recenſiti & poſt ejus obitum Venet. 1636. fol. cum cæteris editi, nunc

nunc vero ope duorum codicum Bibliothecae Ambroſianae & alterius Eſtenſis caſtigatiores. p. 153.

95. Nomina Epiſcoporum de Padua à tempore S. Proſdocimi (à Petro Apoſtolo miſſi) ad Joannem de Ord. Praedicatorum. p. 361.

Nomina omnium Poteſtatum, Conſulum ſeu Rectorum civitatis Paduae ab *A. c.* 1174. ad 1364. p. 365. 419. 445. 459.

96. CHRONICA parva FERRARIENSIS ab Origine Ferrariae ad Annum circiter 1264. auctore *Anonymo* qvi circa A. C. 1310. ſcripſit & à Peregrino Priſciano in Annalibus Ferrarienſibus circiter *A. C.* 1490. compoſitis ſub Chronicae parvae titulo laudatur, nunc primum edita e MS. Codice Eſtenſi. p. 469.

97. NICOLAI de JAMSILLA Hiſtoria de rebus geſtis *Friderici II.* Imperatoris, ejusqve filiorum *Conradi* & *Manfredi* Apuliae & Siciliae Regum ab *A. C.* 1210. usqve ad 1258. Adnectitur ANONYMI ſupplementum de rebus geſtis ejusdem *Manfredi*, *Caroli* Andegavenſis & *Conradini* Regum ab *A. C.* 1258. ad 1265. edita pridem à *Ferd. Ughello* T. VIII. Italiae ſacrae p. 752. A. 1662. (edit. novae T. X. p. 562.) atqve inde à *Jo. Georgio Eccardo* in tomo 1. Hiſtor. medii aevi Lipſ. 1723. p. 1025. & qvi ex MS. Codice Meſſanenſi nonnulla caſtigavit, *Jo. Baptiſta Caruſio* T. 2. Bibl. Siculae Hiſtoricae p. 675. nunc à qvam plurimis mendis expurgata & non modicum

cum aucta ope MSti Codicis illuſtriſſ. Viri *D. Vincentii de Miro.* p.489.

98.CHRONICON VERONENSE, ab *A.C.* 1117. ad Annum usqve 1278. auctore PARISIO De CERETA: ab aliis vero continuatum ad A. usqve 1375. nunc primum è MS. Codice Bibl. Eſtenſis eductum atqve evulgatum. p.617.

99.MONACHI PATAVINI *Chronicon* de rebus geſtis in Lombardia praecipue & Marchia Tarviſina ab A. C. 1207. usqve ad Annum 1270. ad editionem Venet. 1636. fol. ex *Felicis Oſii* ſchedis curatam, ſed nunc emendatum & auctum ope MS. Codicis Bibliothecae Ambroſianae. p.661.

Mantiſſa Chronico Monachi Paduani ſubjecta, de civitate Paduae & qvibusdam de illa ſcitu dignis. p.735.

100.ANONYMI VATICANI *Hiſtoria Sicula* ab ingreſſu Normanorum in Apuliam usqve ad A.C. 1282. ex V. C. *Joannis Baptiſtæ Caruſii* Bibl. Siculae T.2. p.829. Panormi 1723. p.741.

101.SALLÆ ſive SABÆ MALASPINÆ *rerum Sicularum libri VI.* ab A. C. 1250. usqve ad A. 1276. p.781. ex Miſcellaneis Viri clariſſ. *Steph. Baluzii* T. VII. p. 197. qvi notat huic ſcriptori ſupplendo addendum *Nicolaum Specialem* editum infra Tomo X. n.127 p.597.

102. *Hiſtoria Florentina* auctore RICORDANO MALESPINI, Patricio Florenti-

D 2 no,

no, ab ea Urbe condita ad Annum usqve 1281. Italice conſcripta, cum continuatione JACHETTI, ex Franciſco fratre ejus Nepotis, ad Annum usqve 1286. ad editiones Florentinas 1568. 4. & 1718. caſtigatior adhibito MS. Codice illuſtriſſ. Marchionis Giugni, Civis Florentini p. 877.

103. SYNODUS Provincialis *A. C.* 1287. MEDIOLANI habita ab *Ottone Vicecomite* Archiepiſc. Mediolanenſi, capitula XXIX. ex MS. Bibl. Amboſianae p. 1049. Conſtitutiones GVIFREDI, Cardinalis qvi A. 1294. Cœleſtini V. Legatus in Lombardia fuit, ex eodem MS. p. 1065.

104. MEMORIALE POTESTATUM REGIENSIUM, geſtorumqve temporibus eorum ab *A. C.* 1154. ad 1290 auctore ANONYMO REGIENSE, ex Ms. Codice Bibliothecae Eſtenſis p. 1069, ad 1174.

TOMUS IX. *dicatus* ANTONIO I. FARNESIO, *Parmae ac Placentiae Duci. Mediolan.* 1726.

105. JACOBI A VARAGINE, Archiepiſcopi Genuenſis Chronicon Genuenſe ab origine Urbis ad *A. C.* 1297. nunc primum editum ex MS. Codice Bibl. Eſtenſis, & cum altero Bibl. Ambroſianae collatum. p. 1.

106. STEPHANARDI de VICOMERCATO, Ord. Praed. Poëma epicum in libros duos digeſtum de geſtis in Civitate Mediolanenſi ſub Othone qvi Archiepiſcopatum geſſit ab *A. C.* 1262. ad 1295. Poſt primam

mam Clariſſ. *Muratorii* editionem qvam in tomo tertio anecdotor. dedit Latinorum. Patav. 1713.4. nunc collatum cum antiqvo MS. Bibl. Ambroſianae,& novis laudati Mucatorii annotationibus illuſtratum. p.57.

107. RICOBALDI *Ferrarienſis* Pomarium Ravennatenſis Eccleſiae, ſive Hiſtoria univerſalis ab *A.C.* circiter 700. usqve ad *A.* 1297. editum à C.V. *Joanne Georgio Eccardo* T.I. Hiſtoricor. medii aevi, Lipſ. 1723. fol. p. 1149. nunc vero ope Codicis MS. Eſtenſis purgatior & auctior p.97.

108. *Compilatio hiſtorica* ab initio Mundi usqve ad A.C. 1313. auctore ſive eodem Ricobaldo ſive altero ſcriptore ANONYMO qvi tunc floruit, ex ejusdem Eccardi T.I. p. 1225. editione. p.193.

109. JO. PHILIPPI de LIGNAMINE, Meſſanenſis, Eqvitis Siculi & typographi Romani Continuatio ſuperioris compilationis ab A.C. 1316. ad 1469. ex editione Rom. 1474.& laudati Eccardi T.I. p. 1299. p. 263.

110. Iſtoria Imperiale, ſive *Chronicon Romanorum Imperatorum* à Carolo M. usqve ad Ottonem IV. Latine circiter *A.C.* 1298. a RICOBALDO *Ferrarienſi*, ut fertur, ſcriptum; poſt ducentos deinde annos à Comite MATTHÆO MARIA BOIARDO Ferrarienſe in Italicam linguam converſum, ſive Ricobaldo Ferrarienſi ſuppoſitum, nunc primum ex hujus verſione, qvæ ſola ſu-

 pereſt,

pereſt, in lucem datum ex MS. Codice Bibl. Claſſenſis p. 279.

111. Hiſtoria de Fratre DULCINO *hæreſiarcha* ſive *Gazzarorum coryphæo Novarienſi*, ejusqve & ſeqvacium ejus geſtis in villa & loco Triveri & aliis villis ac locis circumſtantibus ab A. C. 1306. & 1307. *auctore Anonymo*, ſynchrono, e MS. Bibl. Ambroſianæ, cum annotationibus Joſephi Antonii Saxi, eidem Bibl. præfecti p. 423.

112. Additamentum ad ſuperiorem narrationem, ex altero Bibl. Ambroſianæ Codice, de ſecta illorum qvi ſe dicunt eſſe *de ordine Apoſtolorum*, & aſſerunt ſe tenere vitam Apoſtolicam, & Evangelicam paupertatem p. 443.

113. DINI COMPAGNI *Chronicon Florentinum* Italica lingva ſcriptum: ab *A. C.* 1280. usqve ad A. 1312. ex MS. Codice Clariſſimi Viri *Apoſtoli Zeni*, libris III. p. 463.

114. SYNODUS Provincialis PERGAMI habita à *Caſtono* ſive *Caſſono* Mediolani Archiepiſcopo *A. C.* 1311. Rubricæ ſive capita XXXIV. e MS. Codice Bibl. Ambroſianæ p. 539.

115. *Chronicon* Fratris FRANCISCISCI PIPINI, Bononienſis, Ord. Prædicatorum, ab *A. C.* 1176. usqve ad A. circiter 1314. e MS. Codice Bibl. Eſtenſis, libri qvatuor p. 581.

116. CHRONICON PARMENSE ab *A. C.* 1038. ad 1309. auctore *Anonymo* ſynchrono, ex MS. Bibl. Eſtenſis p. 755.

117.

117. NICOLAI *Epiſcopi Botrontinenſis* relatio de itinere Italico HENRICI VII. Imp: ab *A. C.* 1310. ad 1313. ad Clementem V. Papam, ex editione V. C. *Stephani Baluzii* T. 2. de vitis Paparum Avenionenſium p. 1143. Pariſ. 1693. 4. p. 883.

118. FERRETI *Vicentini* Hiſtoria rerum in Italia geſtarum ab *A. C.* 1250. ad Annum usqve 1318. libri VII. in fine mutili è MS. Vicentino p. 935. Ejusdem Carmen de morte *Benevenuti Campigenæ* ſive *Campeſani*, Poëtæ Vicentini p. 1183. & ad Muſſatum Patavinum de morte Poëtæ *cui cognomen avis* Campus *dedit* & Bene *nomen cum* Venio p. 1187. Oratio ANONYMI in *Danielis Ferreti* nuptias p. 1189.

119. FERRETI *Vicentini* de SCALIGERORUM Origine poëma epicum libris IV. ſcriptum circiter annum 1329. ad *Canem Grandem Scaligerum*, Veronae, Vicentiae ac Patavii Dominum, ex Ms. Codice Veronenſi p. 1193.

120. JOANNIS De CERMENATE, Notarii Mediolanenſis Hiſtoria de ſitu, Origine & cultoribus Ambroſianae Urbis, ac de Mediolanenſium geſtis ſub Imperio Henrici VII. Caeſaris ab *A. C.* 1307. ad 1313. ex Tomo ſecundo Anecdotorum Latinorum laudatisſimi *Muratorii* pag. 31. Mediolan. 1698. 4. p. 1221.

Variantes Lectiones & ſupplementa ad Hiſtoriam Joannis de Cermenate, deprom-

ta ex Codice MS. pergameno Comitum de Capitaneis. p. 1293.

TOMUS X. *dicatus Regiæ Celſitudini* LEOPOLDI I. *Lotharingiæ Ducis. Mediolani* 1727.

121. *De Italia Medii ævi* Diſſertatio Chorographica pro uſu TABULÆ, * qvae deſcripta aere praemittitur, ITALIÆ GRÆCO LANGOBARDICO FRANCICÆ, ut à Graecis & Langobardis ad Carolum M. translatae, Medii aevi nominibus Regionum, Urbium, Fluminum & Montium oportune appoſitis atqve illuſtratis, iſagoge ad Geographiam univerſalem ejusdem ævi, antiqvioribus originibus intermixtis. Auctore ANONYMO Mediolanenſi, Regio Ticini Lectore, (Domno CASPARE BERETTA, ** Monacſio Benedictino.) Tanto jucundior acceptiorqve debet eſſe praeclara hæc eruditisſimi Viri lucubratio, Hiſtoriarum ſtudioſis, qvo majori adhuc obſitum caligine & pauciorum ſtylo illuſtratum erat hoc argumentum, qvod nec *Chriſtophori Cellarii τȣ̃ μακαρίτȣ* attigit induſtria, qvi etiamſi qvam editurum ſe promiſit Geographiam medii ævi in lucem protuliſſet, non videtur ad inferiora ſæcula

* Similis Tabula accuratior Geographica Italiæ Veteris præmittitur Tomo primo. Supra, p. 14.

** Acta Erud. 1728. p. 536. Journal des Savans A. 1728

cula ſe demiſſurus fuiſſe, ſed in qvarti & qvinti ſæculi facie præcipuam poſiturus induſtriam, qvibus temporibus multa adhuc priſca nomina Regionum, civitatum, fluminum ſervata, & non contemnenda qvæ de illis adhuc ſuperſunt monumentorum ſubſidia rem minus difficilem & intricatam reddunt. Nec Paulus Diaconus Langobardicam, ſed eandem cum veteri Romana Chorographiam Italiæ prodidiſſe ab Anonymo Mediolanenſi obſervatur: *Geographus* autem *Ravennas* a Placido Porcherono editus, qvem ſeptimo ſæculo ſcripſiſſe ſibi perſvadebat, longe recentioris ſcriptoris eſſe epitomen ex *Guidonis* presbyteri Ravennatis, qvi ſæculo IX. ſcripſerit, Geographia contractam; ſed qva vix liceat in ſubſidium uti, non cenſuram agenti, cum ultra barbariem omnia ferme nomina vitiet, diſtorqveat, corrumpat. *Hieroclis* Grammatici ſynec demus ad Juſtiniani Imp. tempora pertinet. Primus & ſolus *Carolus Sigonius* vir ſummus ad calcem operis de regno Italico in editione rarius obvia Bonon. *A.* 1580. œconomiam & ordinationem Italiæ medii ævi notaverat hunc in modum: *Secunda ordinatio Italiæ fuit Longobardorum, à quibus Italia, magna ex parte in Regni formulam redacta eſt, hoc modo.* Venetia *erepta Imperatori ab Alboino Rege Longobardorum, & pars ejus in* Ducatum Forojulienſem *redacta A.* 570. Liguria *erepta Imperatori ab Alboino Rege, & Regno attributa A.* 570.

Umbria *erepta Imperatori ab Alboino Rege, & in* Ducatum Spoletanum *redacta A.* 571. Tuſcia *erepta Imperatori ab Alboino, pars in* Ducatum Tuſcum *redigitur, pars* Regno *attribuitur. Reliqua, quæ* Ducatu Romano *continebatur, in poteſtate remanet Imperatoris una cum Roma A.* 571. Samnium *Provincia erepta ab Authari Rege Imperatori, in* Ducatum Beneventanum *redigitur A.* 589. Alpes Cottiæ *Provincia erepta à Rothari Rege Imperatori, Regno Italiæ adjungitur A.* 637. Inſtituta Regni *Longobardorum ſunt in* Alboino, Authari, & Agilulpho *Regibus* Flaminia, *&* Picenum, *quod Longobardorum tempore fere* Pentapolis *dicebatur*, Ducatus Romanus, *cujus pars erat in* Etruria, *pars in* Campania. Apulia, *&* Calabria *remanſerunt in poteſtate Imperatoris, irrumpentibus in Italiam Longobardis.*

Tertia ordinatio *a Francis illata eſt, hoc modo.* Ducatus Romanus *pervenit ad Gregorium II. Pontificem, cum Romani defeciſſent ab Imperatore Leone Iſauro propter hæreſim, ſacramento à Pontifice liberati, & poſt a Carolo Magno victore confirmatus eſt.* Flaminia, *quæ etiam Exarchatus appellari poſt adventum Longobardorum cœpta eſt, erepta ab Aiſtulfo Rege Imperatori, & Pontifici Romano tradita victoriâ Pippini Regis Francorum, & confirmata a Carolo M. & Ludovico Pio, eadem* Romania *vocari coepta.* Pentapolis *erepta Imperatori ab Aiſtulfo Rege, & recuperata a Pippino Rege Francorum, & tradita Pontifici* 817. 861. Ducatus Spoletanus *a Carolo M. partus Pontifici, ad quem defecerat, firmatus eſt*: Venetia:

netia: Liguria: Alpes Cottiæ: Æmilia, & pars Tuſciæ, *quæ regno Longobardorum continebantur, eædem victoria Caroli M. Regno Italiæ conſervatæ.* 774. 781. 802. 1173. *atque uno nomine* Longobardia, *aut* Lombardia *nuncupata.*

122. ALBERTINI MUSSATI ſive MUXATI Paduani Hiſtoriographi & Tragœdi (qvi circa *A. C.* 1330. exul diem obiit) *de geſtis HENRICI VII. Cæſaris* Hiſtoria Auguſta libris XVI. comprehenſa, ad editionem poſt *Felicis Oſii* obitum ex ejus ſchedis curatam Ven. 1636. fol. cum ejusdem *Oſii*, & *Nic. Villani* notis ſuo loco appoſitis & ſpicilegio *Laur. Pignorii*, additisqve Variantibus Lectionibus MSS. Codicum Bibliothecæ Eſtenſis & Ambroſianæ p. 1.

123. Ejusdem Hiſtoria *de geſtis Italicorum poſt mortem Henrici VII.* libri XII. usqve ad A. A. 1329. ex recenſione Oſii, ad edit. Venet. 1636. ſed ex MSS. Bibl. Eſtenſis & Ambroſianæ caſtigatior & auctior recuſa p. 569.

124. Ejusdem LUDOVICUS BAVARUS ad Filium, ex Cod. Veneto, Eſtenſi & Ambroſiano. p. 769.

125. Ejusdem *Tragœdia* ECERINUS, ſive de crudelitate & funeſto exitu Tyranni Veronæ *Ecerini de Romano Caſtro Triviſano*, fratrisqve ejus *Alberici*: ad Oſianam ope qvatuor Codicum concinnatam editionem ab Oſii morte curatam Venet. 1636. fol. collata cum duobus aliis MSS. Bibl. Ambroſianæ, & prologo ſive argumento aucta p. 785.

Tragœdiam pulchro hoc claudit Epiphonemate chorus:

Hæc perpetuo durat in ævo
Regula Juris. Fidite Juſti,
Nec ſi quando forſitan ullum
Quenquam nocuum Fors extollat,
Regula fallit. Conſors operum
Meritum ſequitur quisque ſuorum.
Stat judicii conſcius æqui
Judex rigidus, Judex placidus,
Donat juſtos, damnat iniquos.
Haud hic ſtabilis deſinit Ordo.
Petit illecebras Virtus ſupernas,
Crimen tenebras expetit imas.
Dum licet ergo, moniti, ſtabilem
Diſcite Legem.

126. CHRONICON SICILIÆ extrema parte mutilum, auctore ANONYMO ab A.C. 820. ad 1328. ex V. C. Edmundi Martene & Urſini Durand, Monachorum Benedictinorum e Congregatione S. Mauri Theſauro Anecdotorum Tomo III. Pariſ. 1717. fol. p. 803.

127. *Inſtrumentum publicum* datum Rhegii A. 1283. de condicto ſingulari Certamine inter CAROLUM, Jeruſalem & Siciliæ & PETRUM Aragonum Reges, ex Veteri Membrana Eccleſiæ Albienſis p. 905.

128. NICOLAI SPECIALIS Hiſtoria Sicula in VIII. libros diſtributa, ab A.C. 1282. ad 1337. ex editione Viri celebr. *Stephani Baluzii* in appendice Marcæ Hiſpanicæ ad MS.

MS. Codicem Bibl. Regiæ Pariſ. 1688.
p.598 p.913.

TOMUS XI. * *dicatus Excellmo SENATUI Sereniſſ. Reip. LUCENSIS, Mediolani* 1727.

129. ANONYMI *Aulici Ticinenſis* Commentarius *de laudibus Papiæ*, ſcriptus circa A. C. 1320.

130. ANNALES Veteres MUTINENSES ab A.C. 1131. ad 1336.

131. Fragmentum *Chronici Mutinenſis* BONIFACII de MURANO ab *A. C.* 1306. ad 1342. ex Annalibus Ferrarienſibus Peregrini Priſciani MSS.

132. CHRONICA ASTENSIA ab origine Urbis, auctoribus OGERIO ALFERIO usqve ad A. 1294. & GVILELMO VENTURA, Capitaneo ab A. C. 1260. usqve ad 1325.

133. SECUNDINI VENTURÆ Hiſtorica qvædam ab A. C. 1439. ad 1457.

134. Fratris RAYNERII de GRANCIS, Piſani poëma epicum de prœliis Tuſciæ, ex MS. Bibl. Claſſenſis.

135. ANNALES PISTORIENSES ſive Commentarii de rebus in Tuſcia geſtis ab A. C. 1300. ad 1348. ab auctore coævo ſcripti, Italice ex editione Florentina apud Juntas A. 1578.

136. GVALVANEI FLAMMÆ Ord. Præd. *Manipulus Florum*, ſive *Hiſtoria Mediola-*

* Confer Acta Erud. 1729. p. 97.

lanenſis ab Origine Urbis usqve ad A. 1336. cum *Anonymi* continuatione ad A. 1371. Ex Codicibus duobus MSS.

137. PTOLEMÆI *Lucenſis*, Ord. Præd. Epiſcopi poſtea Torcellani *Hiſtoria Eccleſiaſtica* a CHriſto nato ad Annum circiter 1313. ex MSS. Ambroſianæ Bibl. & Patavino, cum additionibus Continuatorum, & V. C. *Joſephi Antonii Saxii* notis.

138. Ejusdem PTOLEMÆI Annales breves ab A. C. 1061. ad 1303. ex editione Lugd. 1619. 8. recuſa in Bibliotheca Maxima Patrum edit. Lugd. 1677. T. XXV. p. 949. ſed paſſim nunc collata Hiſtoria auctoris Eccleſiaſtica emendatiores.

139. NICOLAI TEGRIMI Vita *Caſtruccii Antelminelli*, Lucenſis Ducis, ex editione Latina Mutinenſi A. 1496. atqve Pariſ. 1546. qvam Italice vertit Juſtus Compagnius Lucæ 1556.

II. INDICULUS ANECDOTORUM à FERDINANDO UGHELLO in Italia ſacra editorum.

*Hiſtoriam Epiſcopatuum * Italiæ, ſucceſſionesque & notitiam ſingulorum in uno quoque Epiſcoporum & Archiepiſcoporum a primis originibus ad ſua usque tempora, incredibili ſtudio compoſuit* FERDINANDUS UGHELLUS *Florentinus, Abbas*

* Præter Ughellum & Geographiæ ſacræ ſcriptores, (de quibus alibi) Italiæ Epiſcopatibus noſcendis conferendi *Vidus Coquillius* in hiſtoria Epiſcopatuum Italiæ, quem laudat Nicolaus Comnenus T. 2. hiſt. Gymnaſii Pata-

bas S. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, Ordinis Ciſtercienſis, vulgavitque ſub Italiæ ſacræ titulo Romæ 1644—1662. *fol. novem voluminibus, octennio poſt A.* 1670. 14. *Cal. Jun. ætatis quinto & ſeptuageſimo defunctus. In hoc opere paſſim quoque vetera monumenta hiſtorica ad res Italicas maximam partem pertinentia & è MSS. Codd. eruta primus luci dedit, quæ cum ſparſim in priore illa editione legerentur, ea junctim evolvenda exhibuit Vir Clariſſimus* NICOLAUS COLETUS *cui præter tot alia & in præſens tempus continuatam, multis que emendatiorem locis & acceſſionibus locupletiorem Italiæ ſacræ editionem debemus, publici juris factam Venetiis fol. decem Voluminibus. Ecce igitur brevem elenchum monumentorum veterum Ughellianorum, in tomo decimo editionis novæ obviorum, quorum pleraque in ſupra memorato corpore Hiſtoricorum Italiæ Mediolanenſi, eruditiſſimi Viri LUD. ANTONII MURATORII ſtudio emendatius recuſa jam retuli.*

1. Chronicon Foſſæ Novæ, *Joanne de Ceccano* auctore, ab anno primo noſtræ ſalutis uſque ad annum 1217. ex perveteuſto Mſ. exemplari cœnobii Foſſæ Novæ. col. 1.
2. Breve Chronicon Atinenſis Eccleſiæ, Auctoribus duobus Atinatenſibus, ex Codice per-

ravini p. 104. & *Julius Ambroſius Lucentius* in Italia ſacra reſtituta, aucta, veritati magis accommodata. Rom. 1702. De *Auguſtini Lubini* Italia Eccleſiaſtica in ſuas XX. diſtincta Provincias ſive Italiæ Epiſcopalibus Eccleſiis tum extantibus tum excifis, tabula Geographica expreſſis vide Ephemerides eruditorum Pariſ. A. 1692. p. 230.

perantiquo Mſ. Monaſterii Foſſæ novæ ab an. primo Julii Cæſaris ad an. uſque noſtræ ſalutis 1355. Accedit donationis monumentum *Leonis* Epiſcopi Atinatis Clericis ſuis conceſſum an. 1056. col. 37.

3. *Alphani* primi Salernitani Archiepiſcopi Carmina, Homilia quædam, & Paſſio S. Chriſtinæ Virginis, & Martyris ex vetuſto Mſ. Codice Bibl. Caſinenſis, col. 47.

Floruit Alphanus poſt medium CHriſti ſæculum undecimum, De eo latè Ughellus tom. 7. in Salernitanis Præſulibus col. 380. n. XLIII.

4. Geſta triumphalia per Piſanos facta: de captione Hieruſalem, & Civitatis Majoricarum, aliarumque civitatum ex vetuſto Cod. Mſ. Benedicti Leolii, Piſani. col. 91

5. Fragmentum Chronici Piſani, Auctoris incerti ab an. Chriſti 688. ad an. 1136. ex eodem Mſ. Codice Benedicti Leolii. col. 97.

6. Annales Rerum Piſanorum ab an. CHriſti 971. ad an. 1176. ex veteri Codice Mſ. Caroli Strozzæ Florentini. col. 99.

Auctor horum Annalium fuit Michael de Vico, Canonicus Piſanus, ut in Codice Franciſci Mariæ Florentini expreſſè habetur. Ille autem ſuos annales perduxit ad an. uſque 1269. Scribebat verò an. 1371. Vide Florentinii ejuſdem opus de Hetruſcæ pietatis originibus pag. 13.

7. Chronicon breve Piſanum ab an. Chriſti 1004. ad an. 1178. ex veteri Mſ. Codice apud Ughellum. col. 117.

8. Chro-

8. Chronicon aliud breve Piſanum incerti Auctoris ab an. CHriſti 1101. ad an. 1268. ex veteri exemplari, quod erat apud Abbatem Conſtantinum Cajetanum. col. 121.

9. LAURENTII Veronenſis, Petri ſecundi Archiepiſc. Piſani Diaconi, Rerum in Majorica Piſanorum, ac de eorum triumpho Piſis habito anno ſalutis 1104. libri ſeptem heroico carmine exarati: ad fidem membranacei codicis Viviani de Vivianis Inſulani Epiſcopi. col. 127.

Scribebat anno Chriſti 1115.

10 RICHARDI de S. Germano Notarii Chronicon rerum per orbem geſtarum ab exceſſu Guillelmi Siciliæ regis, anno ſcilicet Domini 1189. ad an. uſque 1243. quibus Auctor ſe vixiſſe teſtatur, ex pervetuſto exemplari ad fidem membranacei Codicis Bibliothecæ Caſinenſis aqud Ughellum, qui in fine Chronici adnotat Richardum nimio in Federicum II. Imperatorem, principem ſuum amore ſeductum aliquando à veritate deflexiſſe. col. 173.

11. Menologium Grocorum juſſu Baſilii junioris Imp. Conſtantinopolitani ante an. ſal. 984. conſcriptum, & ad fidem membranacei Cod. Vaticani à Petro Arcudio latinè verſum. col. 243.

Vghellus hic unam tantum Menologii partem, ſeu ſex priores menſes ab initio Septembris ad finem Februarii edidit, ignorans, ubi poſterius

E ſeme-

ſemeſtre deliteſceret. Hoc poſtea reperit in Monaſterio Cryptæ Ferratæ Henſchenius, ut ipſemet ad diem primam menſis Martii in prolegomenis ad vitam S. Eudociæ Martyris teſtatur, publicique juris fecit in calce menſium Martii, & ſequentium quae ad illos menſes pertinent.

12. Chronica Monaſterii S. Bartholomaei de Carpineto, auctore ALEXANDRO Monacho, qvi eam ſcripſit Cœleſtini III. Papae temporibus, ex MS. Codice Monaſterii Caſae novae. col. 349.

13. Hiſtoria fundationis Monaſterii S. Clementis Inſulae Piſcariae, ad fidem membranacei Codicis Petri Columnae, ejusdem Monaſterii perpetui Commendatarii. col. 393.

14. Chronicon Beneventani Monaſterii S. Sophiae, ab Anonymo Benedictino ejusdem Monaſterii Monacho ante 600. annos conſcriptum: ex originali Bibliothecae Vaticanae. col. 415.

Uberrimum hunc plusquam 230. inſtrumentorum theſaurum ſub titulo Chronici edidit Ughellus ex fide Codicis Vaticani, ſed fœde corruptum ex deſcriptoris inſcitia merito conqueruntur Auctores.

15. De rebus Friderici Imperatoris, Conradi, & Manfredi Regum ejus filiorum Anonymo Auctore ex pervetuſto MS. exemplari apud Ughellum. col. 561.

16. Chronicon S. Monaſterii Cavenſis, T. VII. edit. novæ Ughelli p. 367. ubi de Amato, Salernitano Archiep. II.

II. ITALIÆ ILLUSTRATÆ, ſeu rerum urbiumqve Italicarum Scriptores varii notæ melioris, curante ANDREA SCHOTTO, * S. I. Francof. 1600. ** fol. ex officina Andreæ Camberii.

1. M. ANTONII SABELLICI de VENETÆ Urbis ſitu libri III. p. 1. ex edit. Veneta 1502. ſol. & tomo qvarto Operum, Baſil. 1560. p. 251.

2. Ejusdem, rerum Venetarum panegyricus carmine duplici Heroico, qvorum prius *Genethliacon* ſive de Originibus p. 35. alterum de Venetæ Urbis apparatu, *Oraculum* inſcribitur p. 42. ex edit. Veneta 1502. & inter Opera, Baſil. 1560. Tomo IV.

3. Ejusdem SABELLICI de vetuſtate AQVILEIÆ, unde auſpicatus eſt Hiſtoriam, libri VI. p. 51. ex tomo qvarto operum Baſil. 1560. p. 201. & edit. Veneta 1502.

4. Ejusdem VICENTINUS CRATER, Carmen epicum *de Urbis agrique Vicentini deſcriptione* p. 103. ex tomo qvarto Opp. & edit. Veneta 1502.

5. JO. CHRYSOSTOMI ZANCHII de *Orobiorum* ſive *Cenomanorum* origine, ad Petrum Bembum libri III. p. 113. ex editione Venet. 1581. 8.

6. TORELLI SARAYNÆ, Veronenſis

* Fratre *Franciſci Schotti*, cui Itinerarium Italiæ toties editum & ab Andrea, Antwerp. 1625. recenſitum debemus.

** Quædam exempla hujus operis annum 1605. præferunt.

Legum Doctoris *de origine & amplitudine Civitatis* VERONÆ libri II. p.189. Tertius de Viris illuſtribus Veronenſibus antiqvis pag. 215. Qvartus de his qvi potiti ſunt Imperio Civitatis, p.217. & Qvintus de monumentis antiqvis Urbis & agri Veronenſis p.222. ex edit. Veronenſi 1540. fol.

7. GAUDENTII MERULÆ de *Antiquitate & Origine Gallorum Ciſalpinorum* libri III. p.251. cum qverela apologetica p.340. ex editione Bergom. 1592. 8.

8. BONAVENTURÆ CASTILIONEI *de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus* pag.347. cum Epiſtola de *Ocelo* opido cujus apud Cæſarem mentio, Ptolemæo *Oſſella* p. 389. Lucem viderat Mediolani 1541. 4. & Bergomi 1593. 4.

9. PAULI JOVII *deſcriptio Larii* ſive *Comenſis lacus* ad Franciſcum Sfondratum cum Dionyſii Somentii ad Nic. Sfondratum, Comitem Riperiæ, præfatione data Mediolani Cal. Jun. A. 1558. p.393. ex edit. Baſil. 1578. fol. inter Jovii opera; ſed prodierat etiam antea ſeparatim Venetiis, addita tabula Geographica, qvam à Jovio mutuatus Abraham Ortelius theſauro ſuo Geographico inſeruit.

10. BERNARDI SACCI *Hiſtoriæ Ticinenſis* libri X. Romæ A. 1557. primum editi, cum præf. de Divinæ Religionis conſtitutione & amplitudine p. 413.

11. JAÇOBI BRACELII Genuenſis ad

ad Blondum Flavium, Apoſtolicum Secretarium, *Oræ Liguſticæ* deſcriptio p.637. ex editione Rom. 1579. 4.

12. Ejusdem ad Lud. Piſanum Ord. Præd. *de claris* GENUENSIBUS p. 641. ex eadem Romana editione, qvanqvam libellus ille jam lucem viderat Pariſ. 1520. 4.

13. ANDREÆ MUGNOTII, (MUNNOZ) Conchenſis Hiſpani ad Pium V. Pontificem Max. *deſcriptio eremi CAMALDULENSIS* (cujus effigies ære deſcripta præmittitur) libris II. p. 649.

14. CÆSAR ORLANDIUS de Urbis SENAE, ejusqve Epiſcopatus ab A. C. 1108. antiqvitate p. 675. cum elencho chronologico auctorum qvi in hoc libello citantur vel de Civitate ſeu colonia Senenſi ejusqve Epiſcopatu ſeu Epiſcopis obiter aut ex profeſſo ſcripſerunt p. 695. ex editione Senenſi qvæ ſine nomine auctoris lucem vidit Senis 1575. apud Lucam Bonettum.

15. ANTONII MASSÆ, Galleſii JCti de origine & rebus FALISCORUM liber cum præf. F. *Damiani Granæ* ad Ludovicum Madrucciu mCardinalem ex editione Rom. 1546. 4. & *Aldi Manucii* ad Julium Roſcium Hortanum A. 1588. in qva inſcriptiones veteres tres de Anicia Faltonia Proba p. 699.

16. PETRI CURSII, Civis Rom. poëma Phalæcium de Civitate CASTELLANA, Faliſcorum non Vejentium oppido, ad Petrum Melinum ſub Clemente VII. utrius-

qve Signaturæ Referendarium ac S. Petri in Vaticano Canonicum pag.733. ex editione Romana.

17. ANTONII SANFELICII Monachi Franciſcani de ſitu CAMPANIÆ ad Senatum Populumqve Campanum p.745. cum interpretatione nominum hujus Chorographiæ p.759. ex editione Neapolitana 1562. 4. Recuſa etiam deinde ibidem 1636. 4.

18. UBERTI FOLIETÆ Brumanus ſive de laudibus Urbis NEAPOLIS pag.765. ex editione Rom.1573. 4.

19. SCIPIO MAZZELLA Neapolitanus de PUTEOLIS & CUMIS pag.775. Inſcriptiones Puteolis, Cumis, in Bajis & Miſeno finitimisqve locis repertæ p.782.

20. Jo. FRANCISCI LOMBARDI Neapolitani ſynopſis eorum qvæ de Balneis aliisqve miraculis PUTEOLANIS ſcripta ſunt, ad D. Jo. Triviſanum, Patriarcham Venetiarum & Paſtorem vigilantiſſ. p. 789. ex edit. Venet. 1566. 4.

21. AMBROSII LEONIS, de NOLA patria, ad Henricum Urſinum, Principem libri III. pag. 875. cum tabulis æneis Nolæ & Nolani agri, ex editione Venet. 1594. fol.

22. GABRIELIS BARRII, Franciſcani de antiqvitate & ſitu CALABRIÆ libri V. ad Bernardinum Sanctoſeverinum, Beſidianenſium Principem, cum privilegio Pii Papæ V. p. 991. ex edit. Rom. 1571. 8.

23. JO-

23. JOANNIS JUVENIS, Tarentini, de Antiqvitate & varia TARENTINORUM fortuna libri octo, præmiſſa præfatione ad Cives p.1219. ex editione Neapol. 1589. fol.

24. CLAUDII MARII ARETII, Patricii Syrauſani Chorographia ſive de ſitu SICILIÆ, libellus ad Eliſabellam Gonſagam, Mulfettanorum Principem p.1411. occurrit etiam inter Sicularum rerum ſcriptores Francof. 1579. fol. atqve inter alia Aretii opuſcula Baſileæ 1544. lucem viderat, primum vulgata Panormi 1537.

25. ANTONII PHILOTHEI de HOMODEIS, Siculi, ÆTNÆ Topographia, incendiorumqve Ætnæorum Hiſtoria, recenſita editaqve a *Nicolai Oddo* Patavino, cujus præfatio ad Joannem de Vintimillibus, Hieracenſem Marchionem præmittitur p.1461. ex editione Venet. 1591.

26. *Ænariarum balnea* ex JOANNE ELYSIO, Medico Neapolitano (Jo. Franciſco Lombardo) p.1499. ex edit. Venet. 1566. 4. Inter ſcriptores qvoqve de balneis p.208. Venet. apud Juntas 1554. fol. exſtat Jo. Elyſius de totius Campaniæ balneis.

27. Inſulæ MELITÆ deſcriptio ex commentariis rerum qvotidianarum F. JOANNIS QVINTINI, Hedui ad Sophum, D. Fr. Thomam Boſium, Melitenſem Epiſcopum meritiſſimum Lugd. 1536. cum tabula ænea p.1505—1518. Prodierat etiam Italice Venet. 1545. 8.

IV. SICULARUM RERUM SCRIPTORES in unum corpus redacti, Francof. 1579. fol.

1. THOMÆ FAZELLI, Siculi, Ord. Præd. de rebus Siculis decades duæ, qvarum prior deſcriptionem, altera hiſtoriam continet, ex editione Panormitana A. 1558. fol.

2. CLAUDII MARII ARETII Chorographia Siciliæ, qvam in Italia illuſtrata editam jam dixi n. 23.

3. DOMINICI MARII NIGRI Veneti Geographica Siciliæ deſcriptio, ex ejus Geographia, edita Baſil. 1557. fol.

4. MICHAELIS RITII Doctoris Neapolitani de Regibus Neapolis & Siciliæ libri IV. qvi una cum aliis ejus opuſculis hiſtoricis Baſil. 1517. 4. atqve alibi editis jam ſextum recuſi ſunt Neapoli 1645. 4.

5. HUGONIS FALCANDI * hiſtoria de Calamitatibus Siciliæ ſub Wilhelmo I. & II. Regibus ab A. C. 1154. ad 1169 ad Petrum Panormitanæ Eccleſiæ theſaurarium, ex editione Gervaſii Tornacenſis Pariſienſi ad MS. Codicem Matthæi Sveſſionenſis Epiſcopi, 1550. 4. De recentibus Clariſſimorum Virorum *Muratorii* & *Caruſii* editionibus dictum p. 45. & p. 75. ſeq.

V. BI-

* Non Falcando ſed Gviſcardo hanc hiſtoriam Fazellus tribuit. Vide Voſſium de Hiſt. Latinis lib. 3. p. 781.

V. BIBLIOTHECA HISTORICA REGNI SICILIÆ, ſive Hiſtoricorum qvi de rebus Siculis à Saracenorum invaſione usqve ad Aragonenſium Principatum illuſtriora monumenta reliqverunt, ampliſſima collectio, opera & ſtudio brevibusqve cum annotationibus ** JO. BAPTISTÆ CARUSII, Panormi 1720. fol. dicata CAROLO VI. Imperatori Auguſtiſſimo. TOMUS I.

1. CL. MARII ARETII Chorographia Siciliæ, ſextum jam ſed emendatior edita & notis illuſtrata. De aliis editt. p. 71. & 72.

2. LUPI PROTOSPATÆ Chronicon ex edit. *Antonii Caraccioli* de qva ſupra p. 36. cum *Camilli Peregrini* caſtigationibus de qvo p. 37.

3. JOANNIS de CECCANO Chronicon Foſſæ Novæ, ex edit. Ughelliana. Vide ſupra p. 47.

4. JO. BAPTISTÆ CARUSII Epitome rerum Saracenicarum in Sicilia geſtarum ab A. C. 749. circiter ad 1054. ex ipſius Memoriis Siculis Panormi 1716. fol. Italice editis libri X. pars poſtrema recognita & ab Amico Latine verſa.

5. Monumenta duo Arabica marmorea Veronam translata, deſcripta ære, & poſt

E 5 Caru-

** Simile opus moliti ANTONIUS AMICUS & MICHAEL de JUDICE, qvorum illum morte præventum dolet, hunc gravioribus impeditum curis Caruſius teſtatur.

Caruſium etiam una cum qvinqve ſcriptis qvae deinceps ſeqvuntur hiſtoricis exhibita à celeberrimo Muratorio Tom. 1. Corporis Mediolanenſis parte 2. poſt pag. 242.

6. *Chronicon Siculum* ab *A. C.* 827. ad 963. è Codice Arabico Bibl. Cantabrig. cum Latina verſione per Jo. Simonium Aſſemanum emendata, reſtitutis etiam per Caruſium locorum nominibus. Vide ſupra pag. 18.

7. *Chronicon Saracenico Siculum* ab A.C. 842. ad 904. Latine verſum ex Abulphedae Chronologia univerſali, ejusqve continuatio ab A. 1039. ex Alcadi Sciohabadin hiſtoria, ut ſupra p. 18.

8. THEODOSII *Monachi* Epiſtola de direptione Syracuſae A.C. 880. facta à Saracenis cum Octavii Cajetani S. J. animadverſionibus ex Tom. 2. Sanctorum Siculorum, adde qvæ ſupra p. 19.

9. JOANNIS Diaconi qvi circa A.C. 905. floruit, Martyrium S. PROCOPII, Epiſcopi Tauromenii ab eodem Cajetano editum, qvo Tauromenii expugnatio A.C. 903. facta refertur, cum Cajetani notis. Vide ſupra p. 19.

10. Epiſtola Fratris CONRADI ad Angelum Bonamazzam Epiſcopum Catanenſem, ſeu breve Chronicon ab A. C. 1027. ad 1283. à Jo. Baptiſta de Groſsis in Catana ſacra p. 143. primum vulgatum, & deinde à Clariſſ. Muratorio, ut dixi ſupra p. 19.

11. Se-

11. Series Principum Calipharum qvi Siciliae ante Normannos imperitarunt: ex Elmacino, cum aliis è Chronologia Arabica Hazi Halife * Muſtafa, nec non Latinis Paulo Diacono atqve Anaſtaſio & Græcis Theophane, Georgio Cedreno, Joanne Curopalata, Jo. Zonara, nec non Leonis Oſtienſis Chronico Caſinenſi & Erchemperti hiſtoria Longobardica.

12. Scriptores Hiſtoriæ Normannico Siculæ, GVILELMI Apuli poëma de qvo ſupra p. 38.

13. GAUFRIDI MALATERRÆ Hiſtoria Sicula de Roberti Gviſcardi & Rogerii, Calabriæ Ducum, rebus in Campania, Apulia, Brutiis, Calabria & Sicilia geſtis, de cujus editionibus ſupra p. 40.

14. *Appendix* ad GAUFRIDUM ab A. C. 1027. ad 1263. de qva ibid.

15. ALEXANDRI TELESINI libri IV. de rebus Rogerii Siciliæ Regis, poſt editiones Hieron. Suritæ Cæſarauguſtana & Joannis Piſtorii tomo III. Hiſpaniæ illuſtratæ, de qvibus ut de recentiſſima Clariſſ. Muratorii dixi p. 41.

16. FALCONIS Beneventani, de rebus ab A. C. 1102. ad 1140. geſtis ex editione Anton. Caraccioli & Camilli Peregrini caſtigationibus de qvibus ſupra p. 36. 37.

17. HUGONIS FALCANDI Hiſtoria qvam ex Gervaſii Tornacenſis ſive Matthæi Lon-

* Supra p. 19.

Longogæi editione Pariſ. 1550. recuſa in Corpore Mediolanenſi & ſcriptoribus rerum Sicularum retuli ſupra p.45. & p.72.

18. PETRI BLÆSENSIS Epiſtola X. XLVI. LXVI. XCII. ad Siculos, qvibus qveritur de illorum invidia cui coactus ceſſit, cum à Margarita Regina ad filium Gvilelmum II. Regem inſtituendum A.C. 1166. vocatus fuiſſet.

19. ANONYMI *Monachi Caſinenſis* rerum in Regno Neapolitano geſtarum breve Chronicon ab A. C. 1000. ad 1212. ex Antonii Caraccioli editione, cum ejus & Camilli Peregrini caſtigationibus ac notis, de qvibus ſupra p. 36. 37.

TOMUS II. ſive * TOMI I. PARS SECUNDA. Panormi 1723. fol.

20. Scriptores Hiſtoriae Svevo Siculae, RICHARDI de S. GERMANO Chronicon ab Ughello primum vulgatum de qvo pag. 48. & 65.

21. ANONYMUS FUXENSIS de geſtis INNOCENTII III. Pontificis, qvi Friderici II. Regis Siciliae Balius ſeu tutor fuit, editus à Franciſco Bosqveto primum Toloſae 1632. deinde à Baluzio ante Innocentii III. Epiſtolas, ac deniqve à Muratorio, ut dixi p. 31.

22. FRIDERICI II. Epiſtolae IX. e Steph. Baluzii Miſcellaneis T. 1. p. 446—471. Pariſ. 1678.

* Confer Acta Erud. A. 1724. p. 11.

1678. 8. & Teſtamentum e vetuſto Codice Marchionis Jarratanae emendatum.

23. ANONYMUS de rebus Friderici II. Conradi & Manfredi, Caroliqve Andegavenſis & Conradini, editus ab Ughello, Eccardo & Muratorio ſupra p.50.& 66.

24. SALLA ſeu SABA MALASPINA libri VI. ejusdem argumenti, vulgati à Baluzio & Muratorio (ſupra p. 51. n. 101.) & hactenus recuſi qvatenus priori ſupplendo faciunt.

25. MANFREDI Siculi Epiſtolae II. de morte FREDERICI II. Imp. ad Conradum IV. Regem Rom. & aliae tres ad Doctorem Decretorum, Juſtitiarium Neapolitanum & qvendam Caſtellanum: CONRADI Romanorum & Siciliae Regis Epiſtolae IV. (ex Baluzii T. 1. Miſcell. p.475. ſeq.) CONRADINI &c.

26. ANONYMI VATICANI Hiſtoria Sicula de qva ſupra p.51. num.100.

27. Ex ROMUALDI II. Archiep. Salernitani A.C. 1181. defuncti Chronico pars poſtrema ab A.C. 1159. ad 1177. de rebus qvibus ipſe pro Gvilelmo II. Siciliae Rege interfuit. Integrum ex Codice Bibl. Ambroſianae edidit celeberrimus Muratorius (ut dixi p.45.) teſtatus Codices illius exſtare etiam in Bibl. Vaticana, Salernitana & Regia Pariſienſi.

28. Excerpta è *Chronico Caſinenſi*, *Wilhelmo Geammeticenſi*, *Oderico Vitali*, *Bongarſii Geſtis DEI per Francos*, *Luitprando*, *Wippone*, *Ottone*

Fri-

Friſingenſi, Ottone à S. Blaſio, Hermanno Contracto, Monacho Paduano, Goffrido Viterbienſi, Gunthero, Sigeberto Gemblacenſi, Siffrido Presbytero, Reginone, Rogerio de Hoveden, Guilielmo Malmesburienſi, Conrado Urſpergenſi, Eadmero, S. Bernardi & Petri Cluniacenſis Epiſtolis

29. MATTHÆI SPINELLI de JUVENATIO Chronicon ab A. C. 1247. ad 1268. ex Italico verſum à Papebrochio, & Latine editum, de qvo ſupra p. 48.

30. Excerpta ex *Joanne Sariſburienſi, Arnoldo Lubecenſi, Matthæo Paris, Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ &c.*

VI. THESAURUS ANTIQVITATUM & HISTORIARUM ITALIÆ *Mari Liguſtico & Alpibus vicinæ, quo continentur optimi quique Scriptores* qvi LIGURUM & INSUBRUM *ſeu* GENUENSIUM & MEDIOLANENSIUM *confiniumque populorum ac Civitatium Res antiquas, aliasque vario tempore geſtas memoriæ prodiderunt, collectus cura & ſtudio* JOANNIS GEORGII GRÆVII, *Lugd. Batavor. apud Petrum Van der Aa*, 1704. fol. cum præf. JACOBI PERIZONII.

TOMUS I.

1. GABRIEL BARRIUS, Francicanus * Calaber de laudibus Italiæ, ex edit. Rom. 1571. 8.

2. PETRI LEONIS CASELLÆ de primis

* Di Francica, terra nella Calabria, *Toppi p.* 102. *Bibl. Napolstana.*

mis Italiæ colonis liber ex edit. Lugd. 1606 8.

3. JACOBI BRACELLII Reip. Genuenſium a Secretis, Oræ Liguſticæ deſcriptio.

4. *Ejusdem* de claris Genuenſibus libellus, utraqve ex edit. Rom. 1579. 4. & Italia illuſtrata Andreæ Schotti, ſupra p.68. ſeq.

5. GAUDENTII MERULÆ de Gallorum Ciſalpinorum Antiqvitate & Origine libri III. novis annotationibus expoliti & aucti poſt edit. Bergomenſem 1592. 8. & Andreæ Schotti in Italia illuſtrata.

6. BONAVENTURÆ CASTILLIONEI de Gallorum Inſubrum antiqvis ſedibus liber, ex eadem Italia illuſtrata, qvam editiones Mediolanenſis 1541.4.& Bergomenſis 1593. 8. præceſſerant.

7. UBERTI FOLIETÆ, Patricii Genuenſis, Hiſtoriæ Genuenſium ab origine Urbis usqve ad A.C. 1528. libri XII. editi primum poſt auctorem A. 1581. defunctum, à Paulo fratre & Jo. Andreæ Auriæ, Melphitenſium Principi dedicati, Genuæ 1585. fol. nunc auctiores & emendatiores. Prodierant qvoqve in Italicam lingvam converſi, Genuæ 1616. fol.

TOMI I. Pars II.

8. UBERTI FOLIETÆ clarorum Ligurum elogia, ex poſtrema editione Rom. 1577. ceteris auctiore & emendatiore, paucisqve viſa. Prior lucem viderat ibid. 1574. 4.

9. *Ejus-*

9. *Ejusdem* Conjuratio *Joannis Ludovici Fliſci*, tumultus Neapolitani & cædes *Petri Ludovici Farneſii*, Placentiæ Ducis (qvæ omnia tria inciderunt in unum Annum 1547.) ex univerſa hiſtoria qvam parabat Folieta, rerum Europæ ſuorum temporum, ad Hieronymum Montenigrum, Patricium Genuenſem, ex editione Rom. 1577. 4.

10. Ejusdem *de ſacro fœdere in Selimum* libri IV. & Variæ *expeditiones Africanæ* in Tripolim & pro Orano Hiſpanorum Colonia & in Pignonum, ac Tunetum. Nec non *de obſidione Melitenſi* incaſſum à Solimanno II. ſuſcepta A. 1565. ex edit. Genuenſi 1587. 4. qvam curavit frater Paulus Folieta, dicavitqve Philippo II. Hiſpaniarum Regi.

11. Ejusdem *Opuſcula Varii argumenti* ad Ptolemæum Gallium, Cardinalem Comenſem, de vitæ & ſtudiorum ratione hominis ſacris initiati ad Robertum Nobilem, Cardinalem. De ratione ſcribendæ Hiſtoriæ, ad Octavium Pasqvam, Epiſcopum Hieracenſem. De cauſis magnitudinis Turcarum * Imperii ad M. Antonium Columnam, Ducem. *Tyburtinum* Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis, ad Flavium Urſinum Cardinalem. Brumannus ** ſive

* Prodiit ſeparatim Roſtoch. 1594. 8. curante præclaro Viro, Davide Chytræo.

** Exſtat etiam in Andreæ Schotti Italia illuſtrati ut notavi ſupra p. . .

ſive de laudibus Urbis *Neapolis*. Ad Antonium Caſellam Patricium Genuenſem. De nonnullis in qvibus Plato ab Ariſtotele reprehenditur, ad Antonium Vaccam, JCtum. De norma Hiſtoriæ ſcribendæ Polybiana ad Rainaldum Corſum JCtum. Oratio in Feſto die omnium Sanctorum, ad Julium II. Pontificem. Ex editione Rom. 1573. 4.

12. JACOBI BRACELLII de bello qvod inter Hiſpanos & Genuenſes, ſæculo ſuo geſtum ab Anno circiter 1412. ad 1444. libri V. ex editione Auguſtini Juſtiniani Pariſienſi 1520. 4. qvam ſunt ſecutæ Hagenoenſis 1530. & Romanæ 1537. 1579. Subjungitur p. 1320. diploma *de controverſiis inter Genuateis & Veiturios*, qvod compoſitum traditur L. Cæcilio Q. F. & Q. Muutio Q. F. COSS. hoc eſt A. U.C. 637. diciturqve A. C. 1506. inventum in tabula ænea qvadrata in agro Genuenſi, milliario prope urbem decimo. Idem occurrit in Gruteri theſauro inſcriptionum p. CCIV. atqve ad ejus exemplum confictam eſſe ſimilem Inſcriptionem Aſulanam in ſupplemento ad Diarii eruditorum Italiæ Tom. I. p. 64—69. obviam, conjicit eruditiſſimus Adrienſis Epiſcopus Philippus à Turre in Epiſtola ad elegantiſſ. Jacobum Facciolatum, in eodem ſupplemento p. 21. ſeqq.

13. JACOBI BONFADII Annalium Genuenſium ab *A C.* 1528. (in qvo deſinit Ubertus Folieta) recuperatæ per Andream principem Auriam libertatis, usqve ad

Annum 1550., libri V. in lucem editi à *Bartholomæo Paſchetto*, * Veronenſi Medico & Philoſopho, Papiæ 1586. in hac poſtrema editione ab innumeris mendis repurgati, ad Julium Pallavicinum, Patricium Genuenſem.

14. HIERONYMI de MARINIS, Patricii Genuenſis, ſive Dominii, Gubernationis, Potentiæ, Dignitatis Sereniſſimæ Reip. Genuenſis compendiaria deſcriptio, ex editione Genuenſi A. 1665.

15. PETRI BIZARI Sentinatis ** Perbrevis diſſertatio de univerſo Reip. Genuenſis ſtatu & adminiſtratione; ex edit. Antwerp. 1579.

16. Reip. *Genuenſis* LEGES novæ, a Legatis ſummi Pontificis, Cæſaris & Regis Catholici, in qvos per Remp. collata fuerat auctoritas, conditæ, & Genuæ die XVII. Martii *A. C.* 1576. publicatæ ac in lucem editæ à *Petro Bizaro*, ex edit. Antwerp. 1583.

TOMUS II.

17. ANDREÆ ALCIATI, JCti clariſſimi, rerum Patriæ, ſive *Hiſtoria MEDIOLA-NEN-*

* Ab eodem Paſchetto exſtant etiam iidem libri verſi & aucti Italice, Genuæ 1597. fol. De Bonfadio quem inimicorum invidia A. 1560. capite plecti fecit, vide Menagii anti Bailletum c. 89. Teiſſerii elogia Thuanea, Bælii Lex. & Novellas Reip. lit. A. 1705. p. 191

** Ab hoc Bizaro etiam habemus Senatus Populique Genuenſium rerum domi foriſque geſtarum ab A. C. 1573. ad 1579. hiſtoriam & annales, publici juris factos Antwerp. 1579. fol.

by Google

NENSIS ab urbis origine usqve ad Juliani Imp. tempora libri IV. ex editione qvam poſt Alciatum jam *A.C.* 1556. defunctum, ex MS. Bibl. Ambroſianæ Mediolani 1625. 8. adornavit *Jo. Baptiſta Bidellius*, inſcripſitqve Matthæo Valerio, Cartuſiæ Papienſis ſive Ticinenſis Procuratori.

18. TRISTANI CALCHI, ſive CHALCI potius, Mediolanenſis Hiſtoriæ patriæ libri XX. ab originibus urbis usqve ad *A. C.* 1313. cum notis Jo. GVILIELMI CALAVERONI, ex edit. Mediolanenſi 1628. fol.

19. Ejusdem CHALCI reſidua, hoc eſt Hiſtoriæ patriæ liber XXI. & XXII. ab Henrici VII. morte ſive ab *A. C.* 1313. ad 1323. Nuptiæ Mediolanenſium Ducum, ſive Joannis Galeacii cum Iſabella Aragona, Ferdinandi Neapolitanorum Regis nepte celebratæ *A.* 1489. Nuptiæ Mediolanenſium & Eſtenſium Principum, ſcilicet Ludovici Mariæ cum Beatrice, Alphonſi Eſtenſis ſorore *A.* 1491. viciſſimqve Alphonſi cum Anna, Ludovici nepte. Nuptiæ Auguſtæ, hoc eſt Maximiliani Romanorum Regis, & Imperatoris jam deſignati cum Blanca Joannis Galeacii, Mediolanenſium Ducis ſorore *A.* 1493. ex editione Mediolan. 1644. fol. qvam ad Codicem MS. Bibl. Lucii Hadriani Cottæ adornavit V. C. *Joannes Petrus Puricellus* S. Theol. D. & Laurentiæ Baſilicæ archipresbyter, dicavitqve Julio Dugnano, urbis Mediolan. præfecto & LX. Decurionibus.

 20. JO-

20. JOSEPHI RIPAMONTII, Canonici Scalenſis & Chroniſtæ Urbis Mediolani Hiſtoriæ Patriæ poſt duas Chalci decades tertia ſive libri X. priores ab Anno Salutis 1313. ſed repetitis prius extremis ſuperioris hiſtoriæ fuſiusqve & altius explicatis iis qvæ Chalcus ipſe perſtrinxit tantummodo, ſive omittenda putavit, usqve ad *A.C.* 1558. & Caroli V. imp. obitum, ex editione Mediol. 1641. fol. TOM. II. PARS II.

21. *Ejusdem* hiſtoriarum Mediolan. decadis IV. libri ſeptem, ſive liber XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. ab A.C. 1560. ad 1584. qvo deceſſit CAROLUS BORROMEUS cujus laudibus & miraculis libri duo extremi impenduntur, ex edit. Mediolan. 1643. fol.

22. Decadis V. libri ſex ſive ab XVIII. ad XXIII. de Vita & rebus geſtis FEDERICI BORROMEI Archiep. Mediolan. & Cardinalis qvi A.C. 1631. diem obiit, poſt auctorem Ripamontium A. 1644. defunctum editi à *Stephano Sclattero.*

23. Hiſtoriæ Patriæ Continuatio libris VIII. qvibus poſtrema Caroli V. Cæſaris & res qvas PHILIPPUS II. Hiſpaniæ Rex tam Mediolani cum in ejus ditionem redigeretur, qvam alibi geſſit usqve ad A. 1558. ex edit. Mediolan. 1548. fol.

24. GALEATII CAPELLÆ *de Bello Mediolanenſi* ſive de rebus in Italia pro reſtitutione FRANCISCI SFORTIÆ II. Mediola-

lanenſium Ducis geſtis ab A.C. 1521. ad 1530. libri VIII. ex edit. * Noriberg. 1532.4. & T.2. ſcriptor. rerum Germanicar. Simonis Schardii, Baſil. 1574. fol.

25. CAROLI A BASILICA PETRI, Epiſcopi Novarienſis *de Metropoli Mediolanenſi* libellus ex edit. Mediolan. 1596. 8. & 1628. fol. qvæ poſterior ἔκδοσις adjunctam habet qvam Grævius omiſit brevium Provinciæ Mediolanenſis Hiſtoriam.

TOMUS III.

26. GEORGII MERULÆ ** Alexandrini *Antiquitatis Vicecomitum Mediolanenſium* ab Origine Urbis ad A.C. 1323. libri X. ſcripti circa A. 1490. & poſt editionem primam typis incaſtigatis & rudibus Mediolani (male Romam alii memorant) ſine anni nota, apud Alexandrum Minucianum in fol. recuſi Pariſ. 1549. 4. apud Rob. Steph. atqve emendatius A. 1629. fol. curantibus Marchione Jo. Maria & Comite Antonio Vicecomitibus (qvorum ἔκδοσιν Grævius eſt ſecutus) ſed omiſſa qvam exhibet prima editio præfatione Georgii Merulæ ad Ducem Lud. Mariam Sforziam.

27. PAULI JOVII, Novocomenſis, Epi-

F 3 ſcopi

* D. Lutheri noſtri præf. ad verſionem Germanicam hujus libri A. 1538. 4. editam legitur tomo 2. Opp. Lutheri Altenburg. p. 519.

** Alexandriam Mediolanenſem intelligere, Aleſſandria della Paglia, ab Aqvis Staticlis ſive Statielenſibus, unde Statielenſem ſe libro VI. appellat. Vide Diarium eruditorum Italiæ tom. 17. p. 294. 295.

ſcopi Nucerini *Vitæ XII. Vicecomitum*, Mediolani Principum, ſingulorum veris imaginibus illuſtratæ, ſubjuncto argumento devolutæ hereditatis Mediolanenſis ad Aurelianorum Principum domum ex hiſtoriis explicato. Ex edit. Mediolanenſi 1629. fol. cum Merula, cui juncta etiam eſt, qvam Grævius omiſit, Philippi Mariæ Vice Comitis Mediolanenſis Ducis III. Vita auctore Petro Candido Decembrio.

28. JO. ANTONII CASTELLIONÆI, J.C. Sacræ Theol. D. & Vicarii perpetui Abbatiæ S. Vincentii in Prato, florilegium Antiqvitatum paroeciæ S. Vincentii in prato, ſive *Mediolanenſes Antiquitates* ex Urbis paroeciis collectæ, ichnographicis ipſarum tabulis, recentibus rerum memoriis, variis Eccleſiaſticis ritibus auctæ & illuſtratæ, ad D. Carolum Caraffam, Epiſcopum Averſanum. Ex edit. Mediolan. 1625. 4.

29. BERNARDI SACCI, Patricii Papienſis, *Hiſtoriæ Ticinenſis libri X.* in qvibus referuntur ſitus Italiæ, partes & proprietates: Antiqviores populi ex Transpadanis, Ligurum vetuſtas & Gentis præſtantia, Libertas & Dominium Civitatum Italicarum, Chriſtianæ Religionis primordia, Italiæ deprædationes & ſubjectiones, Regna Italica in Externis conſtituta, Longobardorum origo, adventus & regnum. Duelli introductio & cauſſæ olim admiſſæ. Dominium Romanæ Eccleſiæ in Italia, Bononiæ

& Fer-

& Ferrariæ incrementa ſub Eccleſia Romana, & Regnum Longobardorum in Carolum Magnum translatum. Ex editione Papienſi 1565. qvam in Italia illuſtrata Andreas Schottus expreſſit.

30. JO. CHRYSOSTOMI ZANCHI, Bergomatis, Canonici Ord. S. Auguſtini de *Orobiorum* ſive *Cenomanorum* origine & *Bergomi* antiqvitatibus ad Petrum Bembum libri III. qvos & ipſos Schottus in Italia illuſtrata recudi fecerat ex edit. Veneta 1581. 8.

31. JOANNIS BAPTISTÆ VILLANOVÆ, Nobilis Laudenſis, *Laudis Pompejæ* ſive *Laudæ* (nunc *Lodi*) Urbis hiſtoria, dedicata illuſtriſſimis ejusdem Urbis Decurionibus, libris IV. Ex Italico A. 1657. Patavii edito in Latinum ſermonem transtulit V. C. *Alexander Dukerus*.

TOMI III. PARS II.

32. OTHONIS MORENÆ & ACERBI, Othonis F. *rerum Laudenſium* tempore FEDERICI Ænobarbi Cæſaris ab *A. C.* 1153. ad 1168. *Hiſtoria* cum notis & emendationibus FELICIS OSII, Artis Oratoriæ Interpretis in Gymnaſio Patavino, ad Ampliſſimos Urbis Laudenſis Decuriones, ex edit. Veneta 1639. fol. De aliis editionibus dixi ſupra p. 44.

33. ERYCII PUTEANI Medicæus ſive *Hiſtoriæ Ciſalpinæ libri duo* res potiſſimum circa Larium lacum à Joanne Jacobo Medicæo Pii IV. Pontificis Max. fratre, Gibellinorum

promacho circa *A.* 1523. ac deinceps geſtas complexi, ſubjuncta anacephalæoſi & ſtemmate ſive tabula genealogica triplici Jo. Jacobi Medicæi, Ducum Mediolanenſium, Regumqve Gallorum Valeſiæ ſtirpis. Ad Philippum Gvilielmum, Principem Auriacum, ex edit. Lovan. 1614. 4.

34. ALEXANDRI DUKERI brevis Hiſtoria & deſcriptio *Comi* Urbis, ex variis auctoribus concinnata, nec prius edita.

35. CAMILLI GHILINI qvi Maximiliano I. Imp. *A. C.* 1497. Italiam adeunti comes fuit, *Telinæ Vallis* ac *Larii Lacus* (hodie *Comenſis*) particularis deſcriptio, ex editione Marqvardi Freheri, qvi a Goldaſto ſuppeditatam cum ejusdem Ghilini commentariolo de Maximilini Cæſaris in Italiam adventu eam vulgavit inter rerum Germanicarum ſcriptores T. 3. Francof. 1611. Burchardus qvidem Gothelf Struvius Vir eruditiſſimus in recognita operis Freheriani editione Argentorat. 1717. recte obſervat non Camillo ſed *Jo. Jacobo Ghilino* patri tribuendum eſſe hoc ſcriptum, qvoniam Fabricii Ghilini, qvi Camilli frater fuit, hæc ſunt verba in præfatione qvam libello præfixit, ad Principem Bernardinum Carvaial, Epiſcopum Sabinenſem & Cardinalem S. Crucis: *Quo tempore ſub Alexandro VI.* (qvi ab A. 1492. ad 1503. fuit) *in hanc Urbem ſacra Apoſtolicæ Legationis ſigna intuliſti, ſingularis tuæ manſuetudinis ac Bonitatis veſtigia, quæ omnes in tui admirationem mo-*

moverunt, ita impreſſa apud PARENTEM meum reliquiſti, ut is ab eo tempore te unum reſpiciat, te unum, qui laudibus in cœlum feraris, dignum eſſe prædicet. Itaque quod ipſe eſt, cum filios quoque erga te eſſe neceſſe ſit, ego EJUS LIBERORUM UNUS, nondum Tibi notus, non alia via quam FRATER MEUS NATU MAIOR (Camillus puta) *adireTe conſtitui. Nam cum is converſam in Latinum de factis dictisque memorabilibus hiſtoriam, PATRIS hortatu, venerationis ſuæ teſtimonium ad Te tulerit, ego quoque inter PATRIS ſuperiorum temporum ſcripta quoſdam commentariolos nactus, adventum Maximiliani Cæſaris in Italiam, atque ejus cauſas & quæ ab eo geſta fuerunt, dum in Italia manſit, continentes: quia illa quoque continebant, quorum cauſa venire Te ad hanc legationem contigit, tanquam nunc primum natos ſumſi, ut, ſi poſſem, per earum rerum commemorationem, quæ Te hic manente geſtæ fuerunt, aditum mihi ad dignationem tuam compararem.*

36. PAULI JOVII deſcriptio Larii Lacus, qvalem in Italia illuſtrata Schottus vulgaverat ex edit. Dionyſii Somentii Mediolanenſis 1558. qvi illam MS. à Nicolao Sfondrato Comite Riperiæ Regioqve Senatore accepit, in cujus Parentis Franciſci Sfondrati gratiam Jovius eandem compoſuerat.

37. GALEATII CAPELLÆ *de bello Muſſiano* ſive ad Muſſium in ſiniſtro lacus Larii littore opidum virtute *Jo. Jacobi Medicæi* circa A. 1526. geſto liber è Bibl. Ambroſiana pridem editus ab Erycio Puteano cum libris hiſtoriæ Ciſalpinæ, Lovan. 1614. 4. 38.

38. LUDOVICI CAVITELLI, *Patricii Annales Cremonenſes*, qvibus res geſtas memorabiles à patriæ ſuæ origine usqve ad annum Salutis 1583. breviter ille complexus eſt, auctiores & emendatiores poſt editionem Cremonenſem 1588. 4.

39. UMBERTI LOCATI, Placentini, de PLACENTIÆ Urbis Origine, ſucceſſu & laudibus ſerioſa narratio, per modum dialogi ſcripta, inſertis ab primis urbis temporibus usqve ad *A. C.* 1562. ſuccinctis Annalibus. Ex editione Cremonenſi 1564. 4.

THESAURUS SCRIPTORUM ITALIÆ Grævianus, ex conſilio & cum Præfationibus Viri celeberrimi PETRI BURMANNI, continuatus ſumtibus ejusdem qvi Grævianum curavit præſtantiſſimi Viri PETRI VAN DER AA.

TOMUS IV. Lugd. Bat. 1722.

41. JOANNIS de CERMENATE hiſtoria Ambroſianæ Urbis, & de Mediolanenſium geſtis ſub Henrico VII. ex Tomo II. anecdotorum Clariſſimi Muratorii, ex qvibus etiam Mediolanenſi Corpori Scriptorum Italiæ inſertum jam retuli p. 55.

41. ARNULPHI Hiſtoria Mediolanenſis ab *A. C.* 925. ad 1076. libri IV. ex edit. illuſtris Leibnitii T. 3. ſcriptorum Brunſvic. p. 727. Ab eo tempore emendatiorem hujus operis editionem à celeberrimo Muratorio accepimus, notis etiam virorum do-

ctorum

ctorum illuſtratum: ut p. 34. notare me memini. In hac dividitur in libros qvinqve, qvorum qvartus incipit a capite XXIII. libri tertii; qvintus autem in Leibnitiana, Burmannianaqve eſt qvartus.

42. JOANNIS PETRI PURICELLI, Ambroſianæ Baſilicæ ac Monaſterii hodie Ciſtercienſis monumentorum deſcriptio, qva hiſtoria Mediolanenſis valde illuſtrata, multis ab erroribus vindicatur. Ex editione Mediolanenſi 1645. 4.

TOMI IV. PARS II.

43. LUDOVICI ANTONII MURATORII de Corona ferrea qva Romanorum Imperatores in Inſubribus coronari ſolent, commentarius, ex ejus tomo ſecundo Anecdotorum Latinorum, Mediolani 1698. 4. recuſus etiam Lipſiæ 1719. 8.

44. JUSTI FONTANINI à Cubiculo honorario Pontificis Max. Clementis XI. diſſertatio de Corona ferrea Langobardorum, auctior poſt edit. Rom. A. 1717, recuſam itidem Lipſiæ cum Muratorii commentario jam laudato, 1719. 8. Adjunctum a Burmanno decretum Cardinalium, qvo Modoëtienſibus ob clavum crucis CHriſti in illa hærentem permittitur Coronam illam adorationi exponere, de qva conſules, ubi lubebit, Acta Sanctorum T. 4. Junii p. 764. In præfatione autem ad Tomum hujus theſauri qvartum, eruditiſſimus Burmannus legendam exhibet Clariſſ. Muratorii Epiſtolam

ad

ad D. Jo. Burchardum Menckenium, qva Fontanini argumenta oppugnantur.

45. BENEDICTI JOVII Hiſtoriæ patriæ Novocomenſis libri II. usqve ad *A. C.* 1532. ex editione Venet. 1629. 4.

46. OCTAVII RUBEI Brixienſis *Monumenta Brixiana* ſeu Civitatis Brixiæ Antiqvitates ex Italico, Brixiæ poſt primam editionem A. 1616. recuſo A. 1693. Latine verſæ à V. C. *Alexandro Dukero.* Acceſſerunt poſtremæ huic editioni præter adjectas ſecundæ à *Fortunato Vinaccenſi* Inſcriptiones, aliæ plures potiſſimum excerptæ ex MSto Codice qvi olim fuit Nobiliſſimi Conſulis Amſtelod. Joannis Sixii, atqve inſcribitur: *Rerum antiquarum Civitatis Brixiæ, ejusque univerſi agri memoriæ.*

47. ANTONII GATTI Anteceſſoris Ticinenſis *hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis* à Seculo V. ad finem ſeculi XV. & de ejus Urbis antiqvitate, ex editione Mediolanenſi A. 1704. 8. de qva Acta Erud. 1705. p. 394.

48. BAPTISTÆ *Sacchi*, vulgo appellati PLATINÆ, Hiſtoria *Mantuæ* libris VI. cum notis *Petri Lambecii*, ex editione interrupta Viennæ Auſtriæ 1675. 4. de qva clarisſimi noſtri Jo. Hubneri Bibl. Hiſtorica Hamburgenſis, Centuria IV. p. 26. ſeq.

TOMUS V.

49. BERNARDI JUSTINIANI, Patricii Veneti, Senatorii Eqveſtrisqve Ordinis viri

ri & Oratoris clariſſimi *de origine Urbis VENETIARUM rebusque* ab ipſa ad qvadringenteſimum usqve annum, CHriſti 821. *geſtis a Venetis* libri XV. in qvibus graviſſimo ſtylo non ſolum res Venetæ, verum etiam bella Gothorum, Longobardorum & Saracenorum ampliſſime continentur, adjectis tribus libris de Divi MARCI Evangeliſtæ vita, ejus translatione & ſepulturæ loco. Opus poſtumum à Benedicto Brugnolo editum tertio poſt auctoris mortem anno Venet. 1492. fol. & (qvam editionem hæc præſens ſeqvitur) 1534. fol. ut verſionem Ludovici Dominici Italicam Venet. 1545. & 1608. 8. publici juris factam omittam.

50. DONATI JANNOTII * Reip. Florentinæ a Secretis, Dialogus è tribus unus ſuperſtes de Rep. Venetorum, cum notis *Nicolai Craſſi*, ex editione Veneta 1589. 4. & qvæ inter Reſpublicas Elzevirianus lucem vidit forma minore Lugd. Bat. 1624. Prodiit etiam 1631. 1642. & Amſt. 1653. itidem forma minore, & Italice Rom. 1540. 4. & 1542. 8.

51. CASPARIS CONTARENI Patricii Veneti & Cardinalis, de Magiſtratibus & Rep. Venetorum libri V. cum notis ejusdem *Nic. Craſſi* ex editione Veneta 1589. 4. Contareni libri ſæpius lucem viderant Baſil. 1543. 8. cum

* Alius *Jannotius Manettus* de quo Voſſius 3. de Hiſt. Latin. p. 581. & Diarium eruditorum Italiæ T. XI. pag. 340. ſeq.

cum præf. Sigiſmundi Gelenii & 1547. 8. Venet. 1592. 8. & inter opera, Pariſ. 1571. fol. Venet. 1589. fol. & inter Reſp. Elzevirianas Lugd. Bat. 1628. forma minore, cum aliis opuſculis à Cl. Burmanno omiſſis. Etiam Italice verſi prodiere Venet. 1545. 1551. 1554. 8.

52. BALTHASARIS BONIFACII de Majoribus Venetorum Comitiis & Judiciis Capitalibus Epiſtolæ II.

53. NICOLAI CRASSI de forma Reip. Venetæ liber, per omnem ejus ætatem miſtæ liber ſingularis, auctori potisſimum ſcrutinii libertatis Venetæ oppoſitus, ac pridem editus cum Craſſi notis, qvas modo memoravi, ad Jannotium & Contarenum.

54. BLONDI FLAVII, Forlivienſis Hiſtorici celebris & multorum Pontificum Romanorum Secretarii, de origine & geſtis Venetorum Liber, ubi qvæ a Venetis ab eorum Urbis initio & Attilæ temporibus usqve ſub Auctoris tempora ſive ad ſæculi XV. medium vel mari vel terra, vel pace vel bello fieri contigit, memorabiliora, breviter ac ſuccincte enarrantur. Ad editiones Baſil. 1531. 1559. fol. addita effigie & epitaphio monumento auctoris.

55. PETRI BEMBI, Patritii Veneti & Cardinalis, Hiſtoriæ Venetæ ab *A. C.* 1479. (ubi deſiit Sabellicus) ad mortem Julii II. Papæ ſive A. 1513. libri XII. ad editionem Venetam Manucianam 1551. fol. Subjicitur index

dex

dex Latino Italicus locorum & regionum qvarum a Bembo ſit mentio. Sæpius recuſi ſunt Bembi libri etiam eodem A. 1551. Pariſiis & Baſileæ 1556. 1567. & cum Epiſtolis aliisq; ſcriptis Argentorat. 1602. 1611. 1659. 8. Sed elegantisſima eſt editio optimaqve qvam novisſime Venetiis A. 1718. 4. paravit V. C. *Apoſtolus Zenus*, qvi & effigiem Bembi & vitam à *Jo. Caſa* & alteram antea ineditam, ſcriptam à *Ludovico Beccatello*, Archiep. Raguſino adjunxit, notisqve illuſtravit. Eodem modo recenſiti nuper & luculentis typis in forma qvarta excuſi ſunt Hiſtorici Veneti qvi publicis auſpiciis & juſſu ſummi Senatus Decemvirorum, res Venetas deſcripſere, qvi præter *Bembum* ſunt *Sabellicus*, *Paulus Paruta*, *Andreas Moroſinus*, *Baptiſta Nanus*, *Michaël Foſcarinus* & *Petrus Garzonus*.

56. M. ANTONII COCCII SABELLICI de ſitu Urbis Venetæ libri III. & carmen duplex panegyricum Genethliacon de originibus, & Oraculum de Venetæ Urbis apparatu, qvæ inter opera Sabellici & in Italiæ illuſtratæ ſcriptoribus recuſa eſſe dixi ſupra p. 67. Nec non de Venetis magiſtratibus Prætorisqve & Scribarum officio, ex edit. Venet. 1502. & Tomo operum qvarto, Baſil. 1560. fol. At Libros XXXIII. Sabellici de rebus Venetis usqve ad *A.* 1479. editos Venetiis 1487. fol. arte & induſtria Andreæ de Toreſanis de Aſula, & *A.* 1514. & nuper nitide atqve emendate *A.* 1718. 4. recuſos Burmannus omiſit.

TO-

TOMI V. PARS II. & III.

57. *Splendor* magnificentisſimæ *Urbis Venetiarum* clarisſimus, è figuris ære deſcriptis elegantisſimis CXX. & accurata deſcriptione emicans, in duas partes diſtributus: qvarum *prior* templa inclytæ Urbis magnifica, Collegia, Monumenta, Mauſolea, Epitaphia, Inſcriptiones, ſtatuas, picturas, ſculpturas, ac reliqva ibidem memoria digna continet: *Poſterior* regionem Sereniſſimæ Reip. Venetæ, Magiſtratus, Dignitates, Ædificia publica atqve privata, pompas, feſta, ſpectacula & ſumptuoſisſima qvæqve recenſet. Opus collectum tum ex aliis tum ex libro: *Il ritratto, overo le coſe più notabili di Vinezia*, nec non ex *Sanzovino, Martiniono* & aliis ſcriptoribus optimis atqve luculentis.

TOMI V. PARS IV.

58. ANTONII STELLÆ Elogiorum Venetorum navali pugna illuſtrium, ad Ducem Venetum Laurentium Priolum, ex edit. Venet. 1558.

59. NICOLAI CRASSI elogia Patriciorum Venetorum belli paciſqve artis illuſtrium (ex qvadraginta qvas parabat) decades IV. ex edit. Venet. 1612. 4.

60. BARTHOLOMÆI FACII de bello Veneto Clodiano cum Genuenſibus geſto A. C. 1377. liber ex edit. Lugd. 1568. 8.

61. ANTONII de VILLA, Eqvitis Galli Pyctomachia Veneta, ſeu de pugna Venetorum

rum in ponte qvotannis autumnali tempore inter Nicolaotos & Caſtellanos freqventari ſolita. Ex edit. Venet. 1633. 4.

62. JOSEPHI LAURENTII, Lucenſis de ritu ſolenni qvo Dux Venetus qvotannis feſto Adſcenſionis CHriſti Mare Adriaticum ſibi deſpondere conſvevit. Ex ejus polymathia lib. 1. diſſ. 2. Vincentiæ 1631. & Lugd. 1666. fol.

63. JOANNIS VALCARII, Scoto Britanni loca & Spectacula Veneta, Epigrammatibus celebrata, ex edit. Venet. 1627. 4.

64. ANDREÆ MOCENIGI, Belli memorabilis Cameracenſis adverſus Venetos poſt A. 1507. tempore Julii II. & Leonis X. geſti hiſtoriarum libri VI. ex editione Venet. 1525. ex qva etiam Italica *Andrea Arrivabene* verſio lucem vidit ibid. 1560. 8.

65. BERNARDINI ARLUNI, JCti & Patricii Mediolanenſis de bello Veneto poſt *A. C.* 1500. geſto libri VI. è MS. Bibl. Franciſci Strykeri, Conſulis Batavi Venetiis, opus lectu dignum & dicatum Nobili atqve eruditiſſ. Viro & Lipſiæ, Patriæ meæ, ornamento ſingulari, Jo. Burchardo Menckenio. Operæ pretium autem eſſet hujus de belli hiſtoria latino ſtylo condi Hiſtoriam *

G Gal-

* *Hiſtoria de la ligue faite a Cambray &c.* Act. Er. 1710. p. 41. Nouvelles de la Rep. des lettres 1709. T. 2. p. 445. Hiſtory of the works of the learned 1709. p. 670. 707. Journal des Sav. 1700. Septembre p. 491.

Gallice ſcriptam qvæ Pariſiis *A.* 1709. primum edita & qvartum recuſa hoc ipſo anno Hagæ Comitis, Italice etiam translata lucem vidit Antwerpiæ 1718.4. * *Storia della lega fatta in Cambrai fra Papa Julio II. Maſſimiliano I. Imperatore, Luigi XII. Rè di Francia, Ferdinando V. Rè d' Arragona, & tutti i Principi d' Italia, contra la Republica di Vinegia.*

TOMUS VI.

66. ROLANDINI Grammatici Patavini qvi *A. C.* 1276. diem obiit ** *Chronica*, ſeu *memoriale temporum de factis in Marchia & prope ad Marchiam Tarviſinam* ab *A. C.* 1180. ad A. 1260. & Ecelinorum, Præfectorum Imperialium qvam vocat tyrannidem libri XII. qvos ex *Felicis Oſii* recenſione editos Venet. 1636. fol. atqve inde a celeb. *Muratorio*, dixi p.49. Etiam *Albertini Bariſoni* Abbatis ac nobilis Patavini notas eruditiſſimas in Rolandinum vulgandas promiſit Oſius ad Muſſatum p.389. ſed qvæ lucem qvod meminerim non viderunt.

67. MONACHI PADUANI *Chronicorum* libri tres *de rebus in Inſubribus & Euganeis* hoc eſt in Lombardia & Marchia Tarviſina, maxime Friderico II. imperante geſtas, ad *A.* 1270. ex edit. Venet. 1636. fol. cum mantiſſa de Civitate Paduæ & qvibusdam de illa ſcitu dignis, qvam emendatiorem deinde & auctiorem dedit laudatus Muratorius, ut dictum a me eſt p. 51. 68. GER-

* Journal des Savans 1719. p. 133. edit. Amſt.
** Voſſ. 3. de Hiſt. Lat. p. 786.

68. GERARDI de MAURIXIO ſive MAURISII *Hiſtoria Dominorum de Romano & Marchiæ Tarviſinæ* ab A. C. 1183. ad 1237. ex edit. Oſiana, de qva ut Leibnitiana qvoqve & celeb. Muratorii dixi p. 48.

69. ANTONII GODI *Chronica* ab A. C. 1194. ad 1260. qvæ itidem poſt Oſium qvem hæc editio ſeqvitur V. C. Joſephus Antonius Saxius deinde recenſuit, ut eodem loco notare me memini. Subjunctum ex CAROLI SIGONII de Regno Italiæ libro undevigeſimo ſupplementum.

70. NICOLAI SMEREGI *Chronicon* ab A. C. 1200. ad 1279. cum ſupplemento ANONYMI ſcriptoris ab A. 1280. ad 1312. ex edit. Veneta 1636. Hanc meliorem deinde dedit laudatus Muratorius ut dixi p. 49.

71. RICCIARDI *Comitis S. Bonifacii* Vita, ſcriptore ANONYMO.

72. LAURENTII de MONACIS Ezerinus tertius, ambo ex edit. Veneta Oſiana qvam Muratorius qvoqve eſt ſecutus. Vide p. 49.

73. CORTUSIORUM, GVILIELMI & ALBRIGETI Patavinorum *Hiſtoria de Novitatibus Paduæ & Lombardiæ* ab *A. C.* 1256. ad 1364. ſollerti *Felicis Oſii* calamo, ſerio caſtigata beneficio MSS. exemplarium qvatuor, qvorum primum ſuppeditavit illuſtriſſimus Sereniſſ. Reip. Venetæ Senator & obliteratæ veterum ſcriptorum memoriæ reſtitutor, *Dominicus Molinus*: ſecundum exaratum viri docti Franciſci Muſſati manu, con-

ſanguineus ejus & J. U. C. *Marcus Antonius Muſſatus:* Tertium *Bartholomæus Petardus*, Veronenſis J. C. &c. Poſtremum *Jacobus Philippus Tomaſinus*, Canonicus ſecularis S. Georgii ab Alga Venetiarum, & S. Mariæ ab Avantio Patavii Prior, unde Variantes aliqvot lectiones duorum præcipue Codicum, Muſſati ſcilicet & Petardi fuere depromptæ. Additæ *Felicis Oſii* notæ ex edit. Veneta 1636. fol. & SUPPLEMENTUM ad Cortuſiorum Hiſtoriam ex MS. Codice *Comitis Pii de Comitibus, Patricii Veneti*, nunc primum editum.

TOMI VI. PARS II.

74. ALBERTINI MUSSATI *de geſtis Henrici VII.* libri XVI. cum *Felicis Oſii* & aliorum notis & *de geſtis Italicorum poſt mortem Henrici VII.* libri XII. & *Ludovicus Bavarus*, ad filium: ex ejusdem Oſii recenſione ad edit. Venetam 1636. fol. qvam deinde novo ſtudio ad MSS. Codices recognitam à celeb. Muratorio dixi p. 59.

75. Ejusdem MUSSATI tragœdiæ duæ, *Eccerinus* & *Achilles*, cum notis *Nicolai Villani* Piſtorienſis, ut & alia Muſſati poëmata, Epiſtolæ nimirum, elegi, ſoliloqvia, eclogæ & fragmenta cum lectionibus variantibus, collationibus & notis marginalibus, ex edit. Oſiana Venet. 1636. fol.

TOMI VI. PARS III.

76. PETRI PAULI VERGERII, Juſtino-

nopolitani, JCti, Philoſophi & Oratoris in Sigismundi Imp. aula celeberrimi *de Carrarienſium familia & de illuſtrium ejus Principum* Jacobi Grandi, Nicolai, Marſilii, Ubertini &c. *rebus magnifice geſtis Hiſtoria*, nunc primum edita ex MSS. De hoc Vergerio conſulendus vir. erudititiſſ. Nic. Comnenus Papadopoli in hiſtoria Gymnaſii Patavini T. 2. p. 284. p. 66. ſeq.

77. BERNARDI SCARDEONII, Canonici Patavini, Hiſtoriæ *de Urbis Patavii antiquitate & claris civibus Patavinis* libri III. cum ejusdem appendice de ſepulchris inſignibus Exterorum, Patavii jacentium, ex editione Baſil. 1560. fol. ſed emendata ad exemplum manu Petri Scriverii recognitum, collatis etiam Sertorii Urſati monumentis Patavinis.

78. LAURENTII PIGNORII, Patavini, Canonici Tarviſini, *Origines Patavinæ* notis auctoris illuſtratæ & *Antenor* (cujus monumentum Patavii oſtenditur) cum annotationibus V. C. *Sigeberti Havercampi*, qvi Latine ex Italico transtulit. Italice lucem viderant Patav. 1625. 4.

79. Ejusdem PIGNORII *antiquiſſima pictura quæ Romæ viſitur*, de ritu nuptiarum, *typus explicatus* ad Virum Nobiliſſ. Caſſianum a Puteo, Eqvitem. Ex edit. Patavina 1630. 4.

80. JACOBI PHILIPPI TOMASINI, Epiſcopi Æmonienſis de Vita, Bibliotheca

 & Mu-

& Muſeo *Laur. Pignorii* diſſertatio ex edit Venet. 1632. 4. repetita Amſt. 1669. 4.

81. OCTAVII FERRARII Oratio *de laudibus Urbis Patavii*, ex ejus proluſionibus Patav. 1650. & Wolfenbuttelii 1711. 8.

TOMI VI. PARS IV.

82. ANTONII RICCOBONI, Rhodigini, Oratoriæ Profeſſoris Patavini *de Gymnaſio Patavino* Commentariorum libri VI. qvibus antiqviſſima ejus origo & multa præclara ad Patavium pertinentia, Doctoresqve clariores usqve ad A. C. 1571. & qvotqvot in eo floruerunt, eorumqve controverſiæ atqve alia memoratu digna recenſentur. Ex edit. Patavina 1598. 4.

83. HENRICI PALLADII de OLIVIS patricii Utinenſis, Medici & philoſophi, Academici Sventati, *rerum Forojulienſium* ab Orbe condito ad A. C. 1452. libri XI. ex editione Utinenſi 1659. fol.

84. *Ejusdem* de oppugnatione *Gradiſcana A. C.* 1618. facta libri V. ex edit. Utini 1658. fol.

85. BASILII ZANCAROLI, Cydonii, Franciſci F. è Colonia Cretenſi, Regniqve Inſulæ Cretæ Feudatariis, atqve inſigni For. Jul. Baſilica Collegiata Canonici, *Antiquitatum Civitatis Fori Julii* libri IV. ex edit. poſtuma Venet. 1669.

86. JOANNIS CANDIDI, JCti Commentariorum *Aquilejenſium* ab ultimis temporibus usqve ad inducias qvinqvennales

A. C.

A. C. 1517. hortante Leone X. Papa indictas libri VIII. ex edit. Venet. 1521.

87. PHILIPPI a TURRE, Foro Julienſis, Epiſcopi Adrienſis, diſſertationes *de Beleno & aliis quibusdam Aquilejenſium Diis* & *de Colonia Venetorum Forojulienſi*, additis fragmentis *Inſcriptionis Fratrum Arvalium*, recens in agro Romano effoſſis, & pluribus *Inſcriptionibus Aquilejenſibus*, aliisqve in variis provinciæ *Forojulienſis* locis extantibus. Ex edit. Rom. 1700. 4. cum monumentis Veteris Antii.

88. JOANNIS BAPTISTÆ GOYNÆI, Pyrrhanenſis, *de ſitu Iſtriæ* libellus, ex MS. cum præfat. & emendationibus Illuſtris viri JUSTI FONTANINI.

89. M. ANTONII SABELLICI *de vetuſtate Aquilejæ & Fori Julii* libri VI. & ejusdem Carmen, *Vicentinus Crater*, de quorum ſcriptorum antiquioribus editionibus jam dixi ſupra p. 67.

90. PAULI PINCII de *Timavo* flumine pro vetuſtiorum opinione diſſertatio ex edit. Veneta 1566. 8.

91. JOVITÆ RAPICII *Balneorum quæ ad Timavi oſtia ſunt, deſcriptio*, ex edit. Venet. 1553.

92. JOANNIS PIERII VALERIANI, Bellunenſis *Antiquitatum Bellunenſium* ſermones IV, qvorum ultimus, Flaviorum Nobilitatem ex antiquis in agro Bellunenſium memoriis exponit, olim primum è Bibl

Lolliniana in lucem editi Venet. 1620. 8. & cum Hieroglyphicis Pierii Francof. 1678. 4.

93. ANTONII de VILLE, Eqvitis Galli Portus & Urbis *Polæ* Antiquitatum, ut & *thynnorum piſcationis deſcriptio* curioſa, ex edit. Venet. 1633. 4. cum tabulis æneis accuratiſſimis.

TOMUS VII.

94. BARTHOLOMÆI DULCINI, Canonici Bononienſis de *Bononiæ* vario ſtatu ab ejus origine ad A. C. 1625. libri VI. ex edit. Bononienſi 1631. 4. ſecundis curis adornata poſt primam 1621. 4.

95. JO. BAPTISTÆ AGOCCHI, Archiepiſcopi Amaſeni, Fundatio & Dominium antiqvum Urbis Bononiæ, ſive Epiſtola reſponſoria ad *Barthol. a Dulciniis* de potentia & Imperio populorum Tuſciæ antiqviſſimorum. Ex Italico Bonon. 1638. vulgato Latine vertit, præfationem atque indicem adjecit *Bernardinus Morettus*.

96. Deſcriptio inclytæ & feliciſſimæ Civitatis *Bononiæ* antiquæ & hodiernæ, ubi ipſius origo, conditores, variæ rerum & regiminis mutationes, magiſtratus, privilegia, regiones, templa, ædificia magnifica, ſtudia & Academia, Viri illuſtres ac eruditi pluraque alia, ut & Inſcriptiones veteres ac recentes variaque rerum notabiliorum monumenta ex graviſſimis & probatiſſimis Auctoribus collecta exhibentur, cum indice re-

rerum & verborum recenti ſtudio compoſita per GEORGIUM QVAPNERUM.

97. CYNTHII JO. BAPTISTÆ GYRALDI Commentariolus *de Ferraria & Ateſtinis Principibus* ex edit. Ferrarienſi 1556. 8. collata cum verſione Italica Venetiis 1597. 8. excuſa. Acceſſere monumenta & Inſcriptiones Ferrariam ſpectantes ex LAURENTII SCHRADERI monumentis Italiæ, Helmſt. 1592. fol. editis, & NATHANIS CHYTRÆI deliciis Itinerum, Herborn. 1594. 1599. 8. & *Jul. Cæſ. Scaligeri* in Ferrariam & *Aloyſii Luiſii* de Ferraria terræ motibus concuſſa, carmina.

98. ALPHONSII CAGNACINI Antiquitates Urbis *Ferrariæ*, ex Italico, Venet. 1676. edito Latine vertit *Bernardinus Morettus.*

99. HIPPOLYTI ANGELERII Civis Ateſtini Antiquitates Urbis *Ateſtinæ* ex MS. cum animadverſionibus & emendationibus *Alexandri de Burgos*, Meſſanenſis, Philoſ. & Hiſt. Eccleſ. Profeſſoris Patavini, ad Junium Paulum Craſſum, ubi ejus Origo, ſitus, Magnitudo, dignitas ac viri clariſſimi qui ex hoc nobiliſſimo loco extitere, & patriam non mediocriter illuſtrarunt, aliaque ad eam pertinentia ex vetuſtis marmoribus & numiſmatibus, nec non ex antiquis & probatis Auctoribus collecta exhibentur.

100. DESIDERII SPRETI Hiſtorici Ravennatis, de Urbis *Ravennæ* amplitudine,

vaſtatione & inſtauratione libri III. ex edit. Venet. 1489. repetita 1588. 4. ut Italicam verſionem, Piſauri 1574. 4. vulgatam omittam.

101. LAURENTII SCHRADERI *Ravennæ* Urbis deſcriptio & Antiqvitates, ex ejus monumentis Italiæ, Helmſt. 1592. fol.

102. HIERONYMI RUBEI Italicarum & Ravennatum hiſtoriarum usque ad A. C. 1588. libri XII. quorum ultimus Concilia quatuor provincialia Ravennatenſia complectitur. Ex editionibus Venetis 1572. 1589. & 1603. fol.

TOMI VII. PARS II.

103. PETRI MARIÆ KAVINÆ Nobilis Faventini *Faventia* antiquiſſima regio rediviva conatu Hiſtorico Geographico * ex edit. Faventiæ 1670. 4. Sed vix prodromum operis hic libellus continet, qvod novem capitibus explicare auctor inſtituerat quorum index præfatione continetur. Bartholomæi vero Riceputi librum A. 1673. Kavinæ oppoſitum cui titulus: *Veritas rediviva ſive Apologia Civitatis Forolivienſis, cui lumen obſtruere Kavina conatus eſt*, clariſſimus theſauri editor libenter addidiſſet, ſi in illum incidiſſet.

104. SCIPIONIS CLARAMONTII Cæſenatis, Equitis ac Doctoris, *Cæſenæ* Urbis Hiſtoriarum ab initio Civitatis ad A. C. 1640. libri ſexdecim, una cum duplici illius *Apparatu*,

* Giornale de' letterati di Roma A. 1671. p. 57.

ratu, in quibus totius interdum Italiæ, Ciſalpinæ præſertim univerſæ fere ſemper Provinciæ communis ſtatus deſcribitur. Ex editione quæ lucem vidit Cæſenæ 1641. 4. ſed nunc emendatiores & nitidioribus tabulis æneis illuſtrati.

105. VILLANI J. P. D. Ariminenſis *Rubicon*, per proſopopoeiam adverſus Scipionem Claromontium aſſerens ſe eſſe Arimini non Cæſenæ, ex edit. Ariminenſi A. 1641. 4.

106. VINCENTII, *civis Cæſenatis*, de Rubicone antiquo adverſus Ariminenſes ſcriptores diſſertatio, Jac. Villano oppoſita ex edit. Cæſenæ 1643. 4.

107. JACOBI VILLANI de Rubicone antiqvo Ariminenſi in Piſciatellum Cæſenæ reſponſa, ad quinque argumenta à Viro integræ ſolidæqve doctrinæ, *Luca Holſtenio* propoſita, & a *Terentiano Ubicola* in publicam lucem data ex edit. Lucernenſi 1647. 4.

108. GABRIELIS NAUDÆI, Pariſini, Exercitatio qvod nomen *Senæ* non Cæſenæ ſed *Senogalliæ* conveniat, ex edit. Pariſ. 1642. 8.

109. FORTUNII LICETI, Genuenſis, ex L. Com. Phil. Medic. in Academia Patavina Medici ſupremi, *pro Urbis Cæſenæ antiquitate Apologia*, in qua affirmatur Cæſenam irruptione Senonum Gallorum in Italiam eſſe vetuſtiorem, ac proinde contra *Scipionis Claramontii* poſitionem aſſeritur eam a Senonibus nec poſſeſſam nec ædificatam, nec denominatam ullo unqvam tempore *Senam*,

Senam, ſed Senam Gallorum Senonum eſſe *Senogalliam.* Ex Liceti libro de annulis antiquorum, Utini 1645. 4.

110. SIMEONIS CLARAMONTII, Scipionis F. Equitis *contentio apologetica de Cæſena triumphante*, adverſus Liceti oppoſitiones, in qva defenditur patriæ hiſtoria fideliter conſcripta à præſtantiſſimo patre ſuo, libri duo quorum prior affirmat Cæſenam primam Senonum fuiſſe ſedem: poſterior probat Columnam Annulorum ſeu Hoſpitalitatis, nunquam Cæſenæ ſed Bertinori fuiſſe, poſt auctoris obitum editi Italice ab *Archangelo a Galeata*, Cæſenæ 1660. nunc Latine verſi & præfatione atque indice aucti.

111. PHILIPPI ANTONINI *Saſſina antiqua* ex Italico apud Saſſinates A. 1606. 4. edito Latine verſi à V. C. *Sigeberto Havercampo.* Titulus Italicæ editionis eſt: *diſcorſi dell' antichità di Sarſina e de' coſtumi Romani.* Sed quæ de ritibus Romanis de triclinio, de triumpho aliisque ibi leguntur, Havercampus merito, ut quæ alibi plenius meliusque expoſita evolvi poſſunt, omiſit.

112. JOSEPHI MALATESTÆ GARUFFI, Bibliothecæ Ariminenſis cuſtodis, Lucerna lapidaria illuſtrandis *Via Flaminiæ* & *Arimini* monumentis, ex editione * Ariminenſi 1692. 4. recognita per V. C. *Sigebertum Havercampum.*

113.

* Acta Erud. 1693. p. 346.

113. JO. FRANCISCI ANGELITÆ Recinetenſis, Urbis *Recineta* Origines, hiſtoria & deſcriptio, qua non modo rerum quæ huic Civitati, verum etiam quæ aliis Marchiæ Anconitanæ Civitatibus evenerunt, memoria continetur: * Italice pridem inſcio & invito auctore vulgata, nunc Latine edita ex verſione celeberr. *Jo. Laurentii Moſheim*, cum ejus præf. & notis.

114. FRANCISCI ADAMI, Civis & Canonici Firmani de rebus geſtis in Civitate *Firmana* fragmentorum libri duo, ad editionem Rom. 1590. 8. ex Bibl. *D. Cæſaris Ottinelli.*

115. Ejusdem CÆSARIS OTTINELLI Artium, Philoſophiæ & Juris Utr. Doctoris de *Firmo* Piceni Urbe nobiliſſima elogium, ex eadem Romana editione.

TOMUS VIII.

116. GUILELMI POSTELLI Linguarum Orientalium Profeſſoris Regii Pariſ. de *Etruria* Regionis originibus, Religione, inſtitutis & moribus commentatio ex edit. Florentina 1551. 4.

117. D. FRANCISCI DYNI, Luciniaпenſis, Advocati Senenſis, Antiquitates *Etruriæ*, ſeu de ſitu *Clanarum* fragmenta Hiſtorica, deque rebus feliciter geſtis Civitatum *Aretinæ*, *Cluſinæ*, ac *Cortonenſis*, cum Senenſibus, Florentinis, exterisque. Adjunctæ ſunt ad calcem annotationes *D. Fran-* *ciſci*

* Origine della Citta di Recanati, Venet. 1601. 4.

ciſci Balderesſchi, J. C. Palajenſis judicis clariſſimi. Ex edit. quæ lucem viderat Senogalliæ, 1696. 4.

118. Ejusdem DYNI de Antiquitatibus *Umbrorum, Thuſcorumque* ſede ac Imperio, deque *Camerio* ac *Camertibus* à Sylla exciſis diſſertatio Hiſtorica adverſus opiniones *Blondi, Aldi, Sigonii, Cluverii, Papebrochii* S. I. ac recentiorum, in qua plures inſcriptiones Gruterianæ ad criſim revocantur, *Zach. Lilii* fundamenta de ſui Cameriani antiquitate exploduntur. Agitur incidenter de *Liciniani* in Etruria antiquitate, eſſe à Lucii Syllæ militibus *Lucinianum* dictum, Coloniam ductum ex vetuſta Inſcriptione eruitur: patriam eſſe *C. Mæcenatis*, adverſus recentiores oſtenditur. Acceſſerunt notæ *Franciſci Regazetti*, Falconenſis, ditionis Venetæ. Ex edit. Venet. 1701. 4.

119. BARTHOLOMÆI, SCALÆ Equitis Florentini qui A. C. 1497. diem obiit Hiſtoriæ *Florentinorum* ex viginti libris ſuperſtites quinque, cum vita *Vitaliani Borrhomæi*, ex edit. *Oligeri Jacobæi* Dani, Rom. 1677. 4. ad Anton. Magliabechium.

120. POGII BRACCIOLINI, Florentini, Hiſtoriæ *Florentinæ* libro octo, Latine primum a V. C. *Joanne Baptiſta Recanato*, * Patricio Veneto, Academico Florentino in lucem editi notisque & auctoris vita illuſtrati Venet. 1715. 4. Accedunt Pogii Oratio

* Giornale de letterati d' Italia T. 23. p. 412.

tio A. 1443. dicta Florentiæ in funere *Leonhardi Aretini* ex Miſcellaneis Steph. Baluzii T. 3. p. 148. & *Pogii* ad Guarinum ac *Franciſci Barbari* ad Pogium Epiſtolæ duæ, additis iconibus Virorum eruditorum a Pogio memoratorum.

121. JO. MICHAELIS BRUTI Hiſtoriæ *Florentinæ* libri VIII. ex edit. Lugd. 1562. 4. Accedit tabula Geographica Hetruriæ, atque Urbis Florentiæ delineatio ære deſcripta. Adjungi merebatur ejusdem Bruti liber Lugd. 1566. 4. in lucem editus, *le difeſe de' Fiorentini contro le calumnie del Giovio.*

TOMI VIII. PARS II.

122. FRANCISCI CONTARENI, Patricii Veneti, Legati ad Pium II. Pontificem Max. Hiſtoria *Hetruriæ*, ſive de rebus in Hetruria à Senenſibus geſtis cum adverſus Florentinos, tum adverſus Ildibrandinum Urſinum, Petilianenſium Comitem, libri III. a *Jo. Michaële Bruto* pridem editi Lugd. 1562. 4. Subjecta ſunt additamenta & teſtimonia, tum ex Cardinalis *Jacobi Picolhominei* Epiſtolis, tum ex *Platina* de Vitis Pontificum Romanorum, ex quibus multa ad hanc Hiſtoriam pertinentia intelliguntur.

123. BENEDICTI VARCHI Florentini, * qui A. C. 1566. in patria diem obiit, hiſto-

* De eo præter Ghilinum, Craſſum & alios, Nicolaus Comnenus Papadopoli hiſt. Gymnaſii Patavini T. 2. p. 215.

hiſtoriarum *de Florentinorum bellis* libri XV. Italice ſicut A. 1721. demum lucem viderunt, ut titulus habet Coloniæ, ſed revera Auguſtæ Vindel. fol. Opus ſatis tamen jam olim notum * cum ipſe Jo. Baptiſta Adriani in libro quem ſub titulo: Iſtoria di ſuoi tempi, Florent. 1583. fol. edidit, Varchum potiſſimum continuandum ſibi ſumſiſſe teſtatus ſit. Dignus tamen erat qui hic recuderetur, tum quod pleraque ejus exempla, ne in plurium manus pervenirent, ob cauſas neſcio quas à quodam Italiæ Principe coëmta ſunt, tum & quod huic editioni præter varias icones, ejusdem Varchi Apologia *Laurentii Medicei* de Natalibus & morte *Alexandri Medicei*, & *Laurentii Strozzi* vita *Philippi Strozzi* nunquam antea edita, itidem Italice, acceſſere.

124. MATTHÆI PALMERII de Captivitate *Piſarum* A. C. 1406. a Florentinis expugnatarum Hiſtoria ex Codice emendato quem cum editoribus communicavit V. C. *Jo. Baptiſta Recanatus*, cum lucem antea quoque vidiſſet cum Levini Nicolai Moltkenii conclavi Alexandri VII. Slesvici 1656. 8.

VOLUM. VIII. PARS III.

125. F. HENRICI NORIS, Veronenſis, Ordin. Eremitarum S. Auguſtini, Magni Ducis Etruriæ COSMI III. Theologi & in Piſano Lyceo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Profeſſoris, poſtea Cardinalis Presbyteri & Biblio-

* Acta Erud. 1723. p. 112.

bliothecarii Vaticani *Cenotaphia Piſana* diſſertationibus IV. illuſtrata. Coloniæ *Obſequentis Juliæ* Piſanæ Origo, vetuſti Magiſtratus & Sacerdotum Collegia: Cæſaris utriusque vita, geſta & annuæ eorundem inferiæ exponuntur: ac aurea utriusque Cenotaphii Latinitas demonſtratur. Parergon *de annis regni Herodis*, *de præſidibus Syriæ*, ac *Romanis in Aſia provinciis*. Ad editionem Venetam 1681. fol. addita icone & vita auctoris & Piſanæ Urbis delineatione.

126. DOMINICI ANGELI, Caſtrenſis, *de deprædatione Caſtrenſium* & ſuæ Patriæ Hiſtoria, ſcripta circa A.C. 1575. & nunc primum edita ex MS. Codice quem vir illuſtris Juſtus Fontaninus ſuppeditavit.

127. JUSTI FONTANINI, Forojulienſis, à Cubiculo honorario Clementis XI. Pontificis, *de Antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruſcorum* libri duo. Ubi præter Hiſtoriam Hortanam alia etiam non pauca res Romanas Italicasque illuſtrantia proferuntur. Accedunt *Acta Vetera*, inter quæ Decretum ſincerum *Gelaſii I.* Pontificis, ex inſigni Codice Vaticano. Ad editionem Romanam 1708. 4. ſed ex Auctoris chirographo paſſim emendatam locupletatamque.

128. ANDREÆ MUGNOTII *eremi Camaldulenſis deſcriptio* libris II. quam in Schotti Italia illuſtrata editam dixi ſupra p. 69.

129. CÆSARIS ORLANDII de Urbis *Senæ* ejusqve Epiſcopatus antiquitate, ex ea-

dem Italia illuſtrata & editionibus Senenſibus 1575. & 1625. 4.

130. ANTONII MASSÆ de origine & rebus Faliſcorum, cum additamentis *Aldi Manucii* & *Julii Roſcii Hortini* ex Schotti Italia illuſtrata & editionibus quas p.69. retuli.

131. PETRI CURSII poëma Phalæcium de Civitate Caſtellana, ex eodem Italiæ illuſtratæ Opere.

132. JACOBI MAZZOCHII J.U.D. *Veji* defenſi, ſeu Diſſertatio qua demonſtratur antiquos *Vejos* hodiernam Civitatem *Caſtellanam* eſſe, ex Italico Rom. 1646. 4. edito Latine vertit, præfationem, notulas, indices, adjecit *Abraham Preigerus*.

133. FAMIANI NARDINI Florentini qui A. 1661. Romæ diem obiit, *Veji antiqui*, ſeu diſſertatio Mazzochio oppoſita, inveſtigans verum ejus Urbis ſitum, ad illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dn. Cardinalem Antonium Barberinum. Ex Italico Rom. 1647. 4. nunc Latine, eodem *Preigero* interprete.

134. DOMINICI MAZZOCHII, Vejorum defenſoris, Epiſtola Apologetica, in qua diſcutiuntur multæ oppoſitiones illi factæ à Vejorum eorundem inveſtigatore. Latine, cum præf. & notulis ejuſdem *Preigeri*, ex Italico, vulgato Romæ 1653. 4.

135. POMPEII ANGELOTTI J. U. D. Romani deſcriptio & antiqvitates Urbis *Reates*, Sabinorum antiquiſſimæ. Ex Italico Rom. 1635. 4. Latine vertit, notulis, indicibus

cibus atqve capitum argumentis auxit *Sigebertus Havercampus.*

VOLUMINIS VIII. PARS IV.

136. DOMINICI BARNABÆ MATTHÆI Memoriæ hiſtoricæ *Tuſculi* antiqui, quod nunc dicitur *Fraſcati*, ad illuſtrisſimos D. D. Conſervatores, Conſiliariosque ejusdem Civitatis. Lucem viderant Italice Rom. 1711. 4. Latine vertit, præfationem atque indices adjecit idem *Havercampus.*

137. JACOBI MANILLI, Romani, Villæ Burgheſiæ Veſtiario Præfecti, *deſcriptio VillaeBurgheſiae* extra portam Pincianam. Latine cum præfatione, elencho rerum præcipuarum atque indice, eodem *Havercampo* interprete, ex Italico Rom. 1640. 8.

138. PYRRHI LIGORII Neapolitani, Antiquarii celeberrimi *deſcriptio* ſuperbæ & magnificentisſimæ *Villæ Tiburtinae Hadrianea* ad illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Hippolytum Cardinalem Ferrarienſem. Latine ex Italico antea inedito quod MS. ſervat Bibl. publica Academiæ Leidenſis, & interpres laudatus Havercampus Latinæ verſioni ſuæ cum præf. & indicibus adjunxit.

139. FRANCISCI MARTII, Canonici, Nobilis & JCti Tiburtini *Hiſtoria Tiburtina amplificata.* Accedunt Dedicatio *Caroli Martii* & illuſtriſſ. Abbatis *Michaelis Inſtiniani*, Patricii Genuenſis, ex Dominis di Scio, Prolegomena ad Lectorem & Vita *Franciſci Martii,* Latine ex Italicis reddita, præfatione at-

que Indicibus aucta ab eodem *Sigeberto Havercampo.* Italice prodierant Romæ A. 1665.

140. ANTONII del RE Tiburtini, J. U. D. *Antiquitates Tiburtinae* quotquot ex libris XII. ſuperſunt, in duas partes diviſæ. Parte prima agitur de mirabilibus Palatii Hortique ſereniſſimæ Familiæ Eſtenſis, ejusque fontibus & ſtatuis, addita brevi hiſtoriarum fabularumque expoſitione: Parte ſecunda continetur Compendium ædificiorum ſuperbiſſimæ *Villae Hadriani Imp.* collectum ex MS. deſcriptione PYRRHI LIGORII. Inquiritur deinde in villas quas in agro Tiburtino habuerunt *Cajus* Cæſar, *Syphax* Rex Numidarum, & *Zenobia*, Palmyrenorum Regina, aliique. Accedit in fine *Defenſio* ejusdem ANTONII del RE *pro fluvio Aniene*, nunc *Teverone.* Latine ex Italico vertit, notulis, præfatione atque Indicibus & iconographia villæ Eſtenſis auxit V. D. *Sigebertus Havercampus.* Italice hoc opus prodierat Romæ 1611. 4. ſub titulo *Antichità Tiburtine.*

141. JOSEPHI MARIÆ SVARESII, Epiſcopi Vaſionenſis *Praeneſtes antiquae libri duo,* quibus non ſolum Conditores Urbis, ſitus, latifundia, poſſesſiones priſcæ, Opida, Vici, Eccleſiæ antiquæ & reliquiæ Sanctorum: verum etiam Viri illuſtres, ſanctitate ac virtutibus inſignes ortuque ſuo vel mora Præneſten nobilitantes recenſentur, additis iconibus ære deſcriptis longe quam in editione Romana 1655. 4. ſplendidioribus,

142.

142. PHILIPPI a TURRE, Forojulienſis, poſtea Epiſcopi Adrienſis, *Monumenta Veteris Antii*, hoc eſt Inſcriptio M. Aquilii & Tabula Solis Mithræ, variis figuris & ſymbolis exſculpta, inibi ſub finem ſæculi XVII. reperta, mox commentario illuſtrata & accurate explicata, ex edit. * Rom. 1700. 4. ſed ab auctore variis in locis aucta & emendata. Accedit ejusdem explicatio Inſcriptionis antiquæ de Taurobolio.

143. NICOLAI ALEMANNI Bibliothecarii Vaticani *de Lateranenſibus parietinis* à Franciſco Cardinali Barberino reſtitutis diſſ. Hiſtorica, ubi de ædificio, ejusque loco, de Muſivi emblemate, atque ejus Hiſtoria diſſeritur, & inſcripti imaginibus tituli expenduntur, ex edit. Rom. 1625. fol. additis tabulis æneis ad ipſa archetypa diligentius & luculentius expresſis.

TOMUS NONUS.

144. BENEDICTI de FALCO, Civis Neapolitani, *Antiquitates Neapolis atque amœnisſimi ejusdem agri*, ex Italica editione ſexta emendatiore, Neap. 1679. 4. Latine, *Sigeberto Havercampo* interprete. Prima editio lucem viderat Neap. 1539. 8. *Deſcrittione de' luoghi antichi di Napoli & del ſuo diſtretto.* Repetita ibidem 1568. 1580. 1589. 8.

145. HENRICI BACCI, Almanni nova & perfectisſima *deſcriptio Regni Neapolitani* in XII. diviſi Provincias, correcta atque ampli-

* In edit. Rom. 1724. 4. acceſſit vita auctoris.

plificata per *Caeſarem de Engenio*, Nobilem Neapolitanum, in qua accurate & ſummatim diſſeritur de Urbe Neapoli, rebusque maxime memorabilibus, Provinciis, Civitatibus, opidis, caſtellis vicisque Regni inſignioribus; & de familiis Nobilioribus, non ſolum illis quæ ſunt Neapoli, verum etiam in aliis Civitatibus, præcipuisque Regni Opidis: adjectis arcibus & turribus Regiis. Accedit noviſſima enumeratio focorum ſeu familiarum, tributorumque Regio fiſco debitorum recenſio: tum ex exponuntur Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Nomina Sanctorum, Regum, Vice Regum, Septem primaria Regni Munera ſeu Officia, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Equites denique Velleris aurei. Ex Italicis Latina fecit, præfationem atque Indicem adjecit *Sigebertus Havercampus*. Italice prodierat hoc opus Neapoli 1629. 8. recuſum ibidem 1679. 4. quam editionem interpres eſt ſecutus.

146. ANTONIUS SANFELICIUS, Neapolitanus, Monachus Franciſcanus, *de ſitu ac origine Campaniæ*, comprehendens hujus pulcherrimæ Regionis deſcriptionem, nec non brevem chorographiam Opidorum, Fluminum, Montium, Vallium, Lacuum, Camporum, cæterorumque notabilium. Prioribus editionibus quas ſupra p. 70. retuli emendatior nitidiorque.

147. CAMILLI PEREGRINI, Alexandri

dri F. Campani, Hiſtoria Principum Langobardorum, ſive vetera opuſcula de rebus Langobardorum, Beneventanæ olim Provinciæ quæ modo Regnum fere eſt Neapolitanum: &Camilli Peregrini VIII diſſertationes, Vitæque Abbatum Caſſinenſium. ex edit. Neapolit. 1643. 4. additis *Antonii Caraccioli* animadverſionibus ex edit. Neapol. 1626. 4. Utramque celeberr. Muratorii cura recuſam notavi p. 21. & 36. ſeq. Sed ecce tibi ſyllabum veterum Opuſculorum quæ à Camillo Peregrino in libro priore Hiſtoriæ ſuæ & a Clariſſ. Muratorio T. 2. p. 227. ſq. exhibentur:

a) *Erchemperti* Hiſtoria Langobardorum Beneventi poſt Paulum Diaconum ad annum uſque DCCCLXXXVIII. *Locis prope innumeris melior, pleriſque integrior redditu.* Pag. 237. edit. Muratorii.

b) Capitulare *Sicardi* Principis Beneventi. *Quo pacem dedit Joanni Electo Eccleſiæ Neapolitanæ, Andreæ Magiſtro militum, & Populo illis ſubjecto. Anno DCCCXXXVI.* Pag. 256.

c) Capitulare *Radelchiſi* Principis Beneventi, *Quo pactum diviſionis Principatus Beneventi firmavit cum Siconulfo Principe Salerni. Anno DCCCLI.* Pag. 260.

d) Hiſtoriola Ignoti Monachi Caſinenſis *rerum à Langobardis geſtarum in Cis-Tyberina Italia ab anno ferè DCCCXL. ad annum ferè DCCCLXXV.* Pag. 264

e) CHRONICON Langobardorum, ſeu

Monachorum de Monaſterio Sanctiſſimi Benedicti, *Annorum Collectiones, & ſucceſſiones tantum continens; quibus Beneventi Dynaſtæ, & Abbates Caſinenſes præfuere à tempore Ducis Gregorii, & Abbatis Petronacis, hoc eſt ab anno DCCXX. ad ævum uſque Abb. Berthaeil. Incerto Auctore* Pag. 270.

f) CHRONICON poſtremorum Comitum Capuæ. Auctore *Ioanne* ejusdem urbis Archidiacono & poſtmodum Abbate Caſinenſi. *E quo ſpuria quædam ſunt rejecta, quæ altera editio admiſerat* Pag. 272.

g) FRAGMENTUM Hiſtoriæ Langobardorum Beneventi. *Ab anno DCCCLXXXXI. ad annum DCCCLXXXXVIII. Auctore Anonymo Beneventano.* Pag. 279.

h) DEFLORATÆ partes ſeptem ex Hiſtoria Principum Langobardorum Beneventi. *Auctore Anonymo Salernitano.* Pag. 287.

i) CARMEN ejusdem Anonymi Salernitani ad Pandulfum Princ. Capuæ, Beneventi, & Salerni, *De Hiſtoria à ſe conſcripta.* Pag. 306.

k) PRÆCEPTUM *Paldulfi* Princ. Capuæ, *quod anno MXXXIV. fecit Adelmundo parenti ſuo de tertia parte Montis Malconi, & de tertia parte Dominicalium per deſcriptos fines; quibus modò Terra comprehenditur, quae in Capuae agro peculiari nomine adpellatur* Terra Capuana. Pag. 308

l) TUMULI Principum aliquot Langobardorum. *Metricè conſcripti.* Pag. 310.

m) LIBELLUS dilati judicii, ſivè Notitia judicati,

dicati. *De terra, & fundo in Mataione pro Monaſterio, & Eccleſia S.Michaelis Archang. adFormam nuncupato, prope Capuam.* Pag.316.

n) LIBELLUS judicii ſive Notitia judicati. *De cujusdam aquae decurſu pro urbe, & civibus Sueſſanis.* Pag.317.

o) CHRONICON Ducum & Principum aliquot Beneventi, & Principum Salerni. *Cum appendicula Ducum Apuliae, & priorum trium Regum Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae. Auctore Anonymo Salernitano.* Pag.319.

p) CHRONICON Ducum, & Principum Beneventi. *Auctore Anonymo Monacho Monacho Monaſterii S. Sophiae ejusdem urbis, quod ab amico viro cùm ſerô, & cuſo hoc Elencho, editor acce-piſſet, recuſo quaternione, caeteris connumeravit Opuſculis.* Pag.320.

Hisce brevis deſcriptio poſtremorum quinque Regum Langobardorum Italiae praemittitur.

Poſtiſthæc ad ex Camilli Peregrini recenſione exhibita editores novæ hujus editionis Leidenſis adjunxere: FLAVIUM ALEXIUM UGONIUM *de dignitate & præſtantia Reip. Caſſinenſis*, ex edit. Venet. 1559. PETRUM Diaconum *de Viris illuſtribus Caſſinenſibus*, cujus libri editiones priores ſupra p.141. commemorare me memini, nec non LUPI Protoſpatæ ſive Protoſpatarii FALCONIS Beneventani, & alia quædam de quibus dictum p. 36. *Camilli* quoque *Peregrini* diſſ. de veteri ſignificatu Vocis Portæ, & alteram

de origine antiquæ familiæ de Colimenta ex ſtirpe Comitum Marſorum, Latine ex Italico, *Sigeb. Havercampio* interprete.

TOMI IX. PARS II.

148. CAMILLI PEREGRINI Diſſertationes IV. de *Campania Felice*, quibus continetur exacta ſingulorum priſcæ Campaniæ locorum ac populorum deſcriptio, ac ſuccincta hiſtoria a primis quibus cœpere temporibus ad ſuam usque ætatem. Opus ex Italico in Latinum ſermonem transtulit & animadverſiones adjecit V. C. *Alexander Duckerus*. Additæ ſunt præter emendationes varias, illuſtrationesque, tabulæ Geographicæ figuræque aeneæ nec non Auctoris Vita & Effigies, atque Elogia urbis Capuæ ex Variis Scriptoribus. Italice publici juris factæ fuerant Camilli Peregrini diſſertationes Neapoli 1651. 4. Sed opus de urbe Capua quod promittit diſſ. 2. §. 29. & quæ ulterius illuſtrandis Campaniæ rebus auctor paraverat, lucem non viderunt.

149. JULII CÆSARIS CAPACCII, Neapolitani, Urbis Patriæ à ſecretis, *Antiquitates & Hiſtoriae Neapolitanae*, in quibus Reip. Ducum, Religionis, Gymnaſii, bellorum, balnearum & Veterum Inſcriptionum adjacentiumque locorum notitia continetur, ex edit. Neapolitana 1607. 4. *Fabii Jordani* vitula araſſe Capacium & non modo Neapolitanam hanc ſed Puteolanam quoque Capaccii hiſtoriam Jordano deberi, his ver-

verbis teſtatur Nicolaus Toppi in Bibl. Neapolitana p. 166. *queſte due opere Latine, che ſono le piu belle del Capaccio, ſono fatiche dell' eruditisſimo FABIO GIORDANO, che originalmente conſervanſi nella famoſa Bibliotheca de' MSS. de' Padri Cherici Regolari de' SS. Apoſtoli di Napoli, viſte e lette da me piu volte, e par che anco l' accennano Giulio Ceſare Braccini nel ſuo lib. dell' incendio del Veſuvio del* 1631. *fol.* 5. *Pietro Laſena & il Tutini.* Et p. 79. *FABIO GIORDANO, Napolitano, Dottor celeberrimo, Autore della Storia Latina di Napoli e ſuoi luoghi aggiacenti, che MS. ritrovaſi originalmente nella famoſisſima libraria de' MSS. in SS. Apoſtoli de' Chierici Regolari di Napoli, publicata dal CAPACCIO come fatica ſua.* Recenti huic editioni, nitidæ tabulæ æneæ additæ ſunt.

TOMI IV. PARS III.

150. Ejusd. CAPACCII *Antiquitates & Hiſtoriae Campaniae Felicis*, & *Hiſtoria Puteolana*, ſive Antiquitatum Neapolitanarum liber II. in quo explicantur Regionis Felicisſimæ loca, Urbs quæque cum Monumentis & Inſcriptionibus, Viri illuſtres, aliaque inſignia: & de *Balneis* liber, ubi Aquarum quæ Neapoli, Puteolis, Bajis, Pithecuſis exſtant, Virtutes; additis nitidis tabulis æneis. Thermarum & Balnearum apud Antiquos ſtructuræ, uſus, & miniſteria ad ægrorum commoda explicantur, ex edit. Neapol. 1600. 4.

151. MARCI ANTONII SURGENTIS

U. J.

U. J. D. ac Patricii & Equitis Neapolitani, *Neapolis illuſtrata*: Præfecti Prætorio, reliquorumque antiquorum Magiſtratuum cum Vicerege, aliisque Magiſtratibus præſentis temporis comparationem, eorumque poteſtatem, ordinem & inter ſe præcellentiam continens: omnium præterea Tribunalium Regni Neapolis in Jure dicundo ritum complectens, cum annotationibus fratris, MUTII SURGENTIS, U. J. D. & Præſidentis Regiæ Cameræ Summariæ, ex edit. Neapol. 1597. 1602. fol.

152. BARTHOLOMÆI FACII, Reip. Genuenſis a ſecretis, de rebus geſtis ab *Alphonſo* I. Neapolitano Rege usque ad obitum Nicolai V. Papæ A. C. 1455. Commentariorum libri X. ſummo antehac ſtudio, vetuſtiſſimis collatis exemplaribus emendati, ac in lucem editi a *Joanne Mich. Bruto*, Lugd. 1560. 1562. 4. additis Virorum illuſtrium iconibus.

153. JOANNIS JOVIANI PONTANI, Secretarii Reg. Neapol. Philoſophi, Poëtæ & Oratoris, *Hiſtoria Neapolitana* ſeu rerum ſuo tempore geſtarum libri VI. & de bello Neapolitano, ubi præſertim quæ inter Ferdinandum Arragonium, Regem Neapolitanum & Andegavenſem eorumque in regno Neapolitano aſſeclas, geſta ſunt, recenſentur. Ex edit. Neapol. 1509. fol. & Dordracena 1618. cum Pandulphi Collenutii rebus Neapolitanis.

154. ANGELI FONTICULANI, *belli Bracciani* ſive cum Braccio duce inclyto Aquilæ geſti fidelis narratio, in qua non ſolum Aquilanorum & Braccianorum plurimi continentur congreſſus, verum etiam Bracci miſerimus A. C. 1424. exitus deſcribitur, ex edit. Aquilæ 1580. fol.

TOMI IX. Pars IV.

155. FERRANTIS LOFFREDI, Marchionis Trevici, Conſiliis Bellicis Catholicæ Majeſtatis Præfecti *Antiquitas Puteolorum* & diſſ. *de ſitu Palæpolis ac Neapolis* cum JOANNIS VILANI deſcriptionibus *balneorum Agnani, Puteolorum, & Tripergularum*, ex edit. Italica Neapoli curata per Pompejum Sarnellum Neapol. 1680. 1685. 8. Latina fecit, præfationem & indicem adjecit V. C. *Sigebertus Havercampus.*

156. SCIPIONIS MAZZELLÆ, Neapolitani, *Situs & Antiquitas Puteolorum*, locorumque vicinorum, quæ in amœnisſimo ejusdem agro inveniuntur, rerumque memorabilium antiquarum quæ *Cumis, Bajis*, in *Miſeno* aliisque vicinis locis adhuc exſtant. Scriptum brevius quod ex edit. Neapol. 1593. 8. Latine legitur in Italia illuſtrata, ut ſupra p. 70. dicere memenini. Sequitur hoc loco altera uberior Urbium *Puteolorum* & *Cumarum* deſcriptio, addito auctario Epitaphiorum & Inſcriptorum, *Puteolis, Cumis*, in *Bajis* & *Miſeno*, finitimisque locis inventarum (ex Johanne Mormile, & Jul. Cæſare

Ca-

Capaccio.) Ex Italicis Latine vertit, præfationem & Indices adjecit idem laudatus *Havercampus*. Italice prodierat Neapoli 1606.

157. JOANNIS FRANCISCI LOMBARDI, Neapolitani, *eorum quæ de balneis aliisque miraculis Puteolanis* ſcripta ſunt, ſynopſis. Adjectis *balneis Ænariarum* ex JOANNE ELYSIO, * cum MAZZELLÆ deſcriptione Inſulæ Ænariæ. Accedunt ejusdem Lombardi quædam carmina & tria opuſcula Medica, *Claudii Galeni* libellus, quos quibus & quando purgare oporteat: *Hippocratis* Coi jusjurandum, & *Schola Salernitana* per Lombardum caſtigata. Ex edit. Venet. 1566. 4.

158. ANTONII FERRI, ex Urbe Bitetti, *Apparatus ſtatuarum* noviſſime in deſtructis *Cumis* inventarum. Accedunt Commentarii ejusdem & diſſertationes ſuper easdem, ut & deſcriptio ipſius *Templi* in quo ſtatuæ hæ quondam erant collocatæ. Ex Italico edito Neapoli 1606. Latine vertit, præfationem & indices addidit *Sigebertus Havercampus*.

159. JULII CÆSARIS CAPACCII Neapolitani, Patriæ Urbis a Secretis, *de Balneis Liber*, ubi Balnearum quæ Neapoli, Puteolis, Bajis, Pithecuſis exſtant, virtutes: thermarum & balnearum apud Antiquos ſtructuræ, uſus, miniſteria ad ægrorum commoda, explicantur. Ex edit. Neapolitana 1604. 4.

160.

* Vide Supra p. 71.

160. AMBROSII LEONIS, Nolani, *Antiquitatum nec non Hiſtoriarum Urbis ac Agri Nolæ*, ut & de montibus *Veſuvio* & *Abella* deſcriptionis *libri III.* ex edit. Venet. 1594. fol. quam in Italia illuſtrata repetitam dixi p. 70. Prima lucem vidert Venet. 1514. fol.

161. HENRICI BRENCMANNI J. C. & Academici Florentini, cui hiſtoriam Pandectarum Florentinorum debemus, gemina diſſertatio, altera *de Republica Amalphitana*, altera *de Amalphi à Piſanis direpta*, diverſa à Melphi, janua Apuliæ. Ex editione Trajectina 1722. 4. de qua Acta Erud. 1723. p. 24.

162. ANTONII MAZZA, Doctoris ac Civis Salernitani, *Urbis Salernitanæ hiſtoria & Antiquitates*, in quibus Origo, Situs, Ubertas, Reſpublica, Primatus, Nobilitas, Principes, Eccleſiæ, Epiſcopi, Archiepiſcopi, illuſtres Cives, Studium, Hippocraticum Collegium ac aliæ res ad Salernitanam Urbem ſpectantes dilucidantur. Ex edit. Neapol. 1681. 4.

163. MUTII PHOEBONII, Marſi, J.U.D. Protonotarii Apoſtolici, Eccleſiæ Transaquenſis Abbatis, & Marſorum Vicarii Generalis *Hiſtoria Marſorum* * *libri III.* una cum eorundem Epiſcoporum Catalogo & vitis LIX. nec non D. DIDACI PETRA, Marſorum Epiſcopi illuſtrationibus atqve auctariis. Ex editione poſtuma curata à fratre Asdrubale

* Regio Marſorum, olim Valeria, Aquilana hodie.

bale Phœbonio Neapol. 1678. 4. Libro ſecundo cap. 1. *de lacu Fucino* diſſeritur.

TOMI IX. PARS V.

164. LUCII CAMARRÆ, Marrucini Teatini, JCti & Viri Patricii, *de Teate antiquo*, (hodie *Chieti*) Marrucinorum in Italia metropoli, libri III. ex editione Romana A. 1651. 4.

165. Æs redivivum, ſive *tabula ærea*, maxima, Conſularis, Duumviralis, Decurialis faſtorum Conſularium, Romanarumque familiarum in pluribus inſtaurativa, *Canuſii* in agro Apulorum olim Alexandro Severo Imp. inciſa & erecta, exinde Barbarorum depopulatione recondita, recens e terræ viſceribus eruta editaque a V. C. JACOBO SPONIO in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis p. 280. Lugd. 1685. fol. & recens illuſtrata per Abbatem DAMADENUM. Ex MS. communicato per illuſtriſſ. Marchionem BERETTUM LANDI.

166. PAULI ANTONII de TARSIA *Hiſtoriarum Cuperſanenſium* (Converſano) *Libri III.* ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, editio caſtigatior poſt priorem, quæ lucem vidit Mantuæ Carpentanorum 1649. 4.

167. GABRIELIS BARRII, Francicani * *de Calabriæ antiquitate & ſitu Libri V.*, in

* Per errorem ſupra p. 70. excuſum *Franciſcani*, ubi de prioribus inſignis hujus operis editionibus. Vide quæ p. 78. notavi.

in quibus Urbes, Caſtella, Vici, Pagi, Montes, Sylvæ, Flumina, Promontoria, Sinus, aliaque loca, nec non Sanctorum Reliquiæ & cætera notabilia, perſpicue deſcripta. Diris vero & imprecationibus quas auctores ſcriptis ſuis adnexuere, iisq; homines vel ab illis interpolandis & alterandis vel negligenter deſcribendis deterrere voluerunt, & quarum exempla collegi tomo quinto Bibl. Græcæ c. 1. p. 79. ſeq. addere lubet hanc profecto ſingularem Barrii formulam, mala quævis imprecantis iis, qui libros ipſius Latine ſcriptos, in linguam vernaculam, ſexcentis præ Latina mutationibus obnoxiam transferre auſi fuerint.

Ego illis, qui hos aliosq; meos libros, latine" a me editos, in vulgarem ſermonem vertere" audebunt, jam nunc Dei iram imprecor, ne" exigant annum. Atq; ne hæ imprecationes" meæ in hujusmodi improbos, nefarios &" lucriones homines irritæ ſint, Deum ipſum" vindicem imploro. Nolo enim eas lucubra-" tiunculas, qualescunque hæ ſint, in Italia" tantum maligni ac ſordidi & imperiti vulgi" obtuſo & hebeti judicio exponi, ac brevi a-" boleri: ſed ubique gentium in eruditorum" manibus verſari & æternitati donari. Futu-" rum eſt enim, & quantum auguror, e pro-" ximo, ut latina lingua ſimul cum fide & im-" perio Romano rurſus univerſum orbem" permeet. Vulgares autem libelli propedi-" em cum ſuis autoribus interibunt."

168. JOANNIS JUVENIS, Tarentini, celeberrimi ſuæ Patriæ Hiſtorici *de antiquitate & varia fortuna Tarentinorum*, libri VIII. ex editione Neapolitana A. 1589. fol. (repetita in Italia illuſtrata, ut jam dicere me memini p. 71.) cum triplici indice, Capitum, Scriptorum, & Rerum Memorabilium.

169. ANTONII GALATEI, Licienſis, Philoſophi & Medici *de ſitu Japygiæ liber*, nec non *Urbis Callipolis deſcriptio*, & *de villa Laurentii Vallæ*, ex edit. Baſil. 1558. 8.

TOMI IX. PARS VI.

170. PHILIBERTI PINGONII, Sabaudi, Cuſiacenſium Baronis, Primæcellæque D. ab intimis Conſiliis & libellis ſupplicibus Sereniſſ. Sabaudiæ Ducis, *Auguſta Taurinorum Chronica & Antiquitatum Inſcriptiones*, qvo in opere Urbis illius Origo, Antiquitas, & per ſuccinctos Annales varii Eventus rerumqve Viciſſitudines, tam ſæcularium qvam Eccleſiaſticarum & familiæ Taurinenſes recenſentur, ex editione Taurinenſi 1577. fol. ſed in lignearum locum tabulis æneis nitidis condecorata.

171. R. D. PETRI JOFFREDI, Sacerdotis Nicienſis qui A. C. 1692. diem obiit, *Nicæa Civitas ſacris monumentis illuſtrata*, ubi præter Antiqvitatum Notitiam, Nicienſis Urbis, Dioeceſis, Comitatus, Sanctorum & Pietate illuſtrium, qvi inibi ſunt nati, mortui aut tumulati, geſta deſcribuntur, notationibus illuſtrantur, Epiſcoporum

rum Cemelio Nicienſium, nec non Abbatum S. Pontii Succeſſiones, aliaque Eccleſiaſtica Decora recenſentur. Ex edit. Taurinenſi 1658. fol. Ejusdem Jofredi hiſtoriam Alpium maritimarum hactenus ineditam memorat V.C. Jacobus le Long Bibl. Hiſtoricæ Gallicæ p. 793.

172. BENEDICTI ACCOLTI, Aretini Secretarii Florentini, JCti & Hiſtoriographi celeberrimi, qui obiit A. 1466. *de præſtantia Virorum ſui Ævi dialogus.* Ex Bibl. V.C. Antonii Magliabequii, Florentini, Sereniſſ. Magni Etruriæ Ducis Bibliothecarii: ad edit. Parmenſem 1689. 12. (repetitam Lipſiæ 1692. 8.) Acta Erud. 1690. p. 510. Idem Accoltus Auctor hiſtoriæ belli ſacri quæ ab Ariſio præter remNepoti cognomini tribuitur.

173. PETRI AZARII, Notarii Novarienſis, *Chronicon geſtorum in Lombardia*, ab A. 1250. ad 1362. ubi varia notatu digna & ſingularia, quæ ibi ac ſpecialiter Auctoris temporibus acciderunt, breviſſime enarrantur. Ex MS. per nobiliſſ. Virum Apoſtolum Zenum ſuppeditato.

174. Fr. ANDREÆ BILII, Mediolanenſis, Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, *Hiſtoria Mediolanenſis libri IX.* ab A.C. 1404. ad 1432. quo Sigismundus Imp. in Italiam venit, quibus Joannis Galeazii & Philippi Mariæ, illuſtriſſimorum Mediolani Ducum

res geſtæ commemorantur. Ex MS. & Ejusdem laudati Zeni beneficio.

175. GEORGII FLORI, Mediolanenſis J.C. qui circa A.C. 1500. floruit, *de Bello Italico* ſive expeditione Caroli VIII. Regis Galliæ in regnum Neepol. libri II. De expeditione Bononienſi liber I. De bello Genuenſi libri II. De bello Germanico liber I. ex editione *Hugonis Picardeti*, S. Regii Conſiſtor. Conſiliarii, & in ſupremo Burgundionum ſenatu Procuratoris Generalis, Pariſ. 1613. 4.

176. PETRI PAULI BOSCHÆ, Bibliothecarii, ex Sodalitio Sacerdotum Oblatorum, *de origine & ſtatu Bibliothecæ Ambroſianæ libri V.* in qvibus de Bibliothecæ Conditore, Conſervatoribus & Collegii Ambroſiani Doctoribus & de illuſtribus Pictoribus, aliisque Artificibus & denique de reditibus ejusdem Bibliothecæ amplis agitur ab A.C. 1608. ad 1670. ex edit. Mediolan. 1671. 4. addita ichnographia Bibliothecæ atque effigie Eminentiſſ. Fed. Borromei Cardinalis.

177. P.D. CHRISTOPHORI GIARDÆ, Congregationis Clericor. Regular. S. Pauli, *liberalium Diſciplinarum icones ſymbolicæ Bibliothecæ* Civitatis in Ducatu Mediolanenſi *Alexandrinæ*, elogiis & explicationibus illuſtratæ, ex edit. Mediolan. 1628. 4.

TOMI IX. PARS VII.

178. DOMINICI MACANEI, Morum Muſarumque Profeſſoris, *Verbani Lacus, loco-*

locorumque adjacentium Chorographica deſcriptio libris II. notis & commentariis STAZII TRUGI Catalauni de Ameno in Riparia S. Julii, Diœceſis Novarienſis, illuſtrata & aucta ad V. C. Lud. Antonium Muratorium, ex edit. Mediolan. 1699. 4. Sine Stazii notis prodierat Mediolani 1490.

179. FRANCISCI BELLAFINI *de origine & temporibus* ſive fatis *Urbis Bergomi*, ex edit. Venet. 1532. 4.

180. M. ANTONII MICHAELIS, Patricii Veneti, Agri & Urbis Bergomatis deſcriptio, qua Conditores, Rectores, Fata & Geſta, nec non ſitus & facies tam agri quam Urbis exponuntur. Ex edit. Venet. 1532. 4.

181. VINCENTII CORONELLI M. C. Patris, Magiſtri & Sereniſſ. Venetorum Reip. Cosmographi, *Rerum ac Temporum Bergomenſis Eccleſiæ Synopſis*, ab ejus exordio usque ad A. C. 1696. Antiquitatem, Conditores & Dominatus Urbis Bergomi, & Eccleſiæ Bergomenſis Epiſcoporum ſeriem exhibens, ad edit. Venetam 1696. 8.

182. BARTHOLOMÆI FARINÆ, Nobilis Civis & Cancellarii, *de Bergomi Origine & Fatis Commentarius*, ſuccincte ex gravibus Auctoribus, Hiſtoriis, ejusdemque Urbis Actis publicis collectus. Dedicatus illuſtriſſ. Urbis Reipublicæ ab Auctoris Heredibus. Ex Italico Latine vertit V. C. *Abrahamus Preigerus*, ſuasque notulas & indicem

auctorum rerumque adjecit. Italice lucem viderat Patavii 1702.

183. ANTONII CORNAZZANI, Vatis Placentini circa A. C. 1498. *de Vita & geſtis Bartholomaei Colei*, Principis bello invictiſſimi, *Commentariorum libri VI.* quibus quomodo is domo & patria nudus ejectus, & quamcunque in partem errans ad ſuos Imperator reverſus ſit, exponitur. Ex MS. quod ſuppeditavit Vir nobiliſſ. *Joſephus Maria Sandi.*

184. HELIÆ CAPREOLI, Brixienſis Juriſconſulti *Chronicorum de rebus Brixianorum libri XIV.* in quibus naturalis Urbis & Agri indoles, ejusdemque primi conditores ac res tam ſacræ quam civiles a primo Urbis exordio usque ad Auctoris tempora exponuntur. Editio priori Brixienſi (ſine loci nota in fol. quæ XII. tantum libros complexa in A.C. 1500. deſinit,) additis duobus poſtremis libris ad A. 1510. auctior ex MS. Codicibus Bibl. Ottobonianæ & Brixienſis, beneficio viri eruditiſſimi *Apoſtoli Zeni.*

185. ALEXANDRI SQADRONI Regienſis, J. U. D. *Faſciculus Laudum Regii Lepidi*, ubi Urbis hujus Antiquitas, Incolæ, variæ in ea rerum Mutationes, ejusque Ornamenta & Academia ac Viri illuſtres ſuccincte & nervoſe enarrantur. Ex edit. Regii Lepidi 1619. 4. additis è LAUR. SCHRADERI Halberſtadienſis monumentis Italiæ, Helmſtad. 1592. fol. ejusdem Urbis deſcriptione & Inſcriptionibus.

186. TORELLI SARAYNÆ, Veronenſis, J. U. D. *de Civitatis Veronae origine, amplitudine, Viris* illuſtribus, Dominio, Monumentis antiquis Urbis & Agri Veronenſis, & interpretatione litterarum antiquarum, libri VI. quorum quinto veteres inſcriptiones, ſexto interpretatio ſiglarum ordine alphabetico exhibetur. Editio noviſſima ad Veronenſem 1540. fol. ſerio recognita, & additionibus ac notulis *Joſephi Scaligeri* aucta ex Cod. Bibliothecæ Leidenſis. Idem Saraynæ opus etiam exſtare in Italia illuſtrata, notavi ſupra p. 67. ſeq.

187. TORELLI SAREYNÆ *Hiſtoriarum & Geſtorum Veronenſium, temporibus Populi & dominorum Scaligerorum*, libri tres Latine redditi ex editione Italica * Veronenſi 1542. *Hiſtoria e fatti de' Veroneſi ne' tempi del popolo e Signori Scaligeri* adjuncta *Joſephi Scaligeri* Epiſtola ad Janum Duſam de vetuſtate & ſplendore gentis Scaligeræ, cum notulis *Dionyſii Voſſii* & *Pauli Colomeſii.*

TOMI IX. PARS VIII.

188. ANDREÆ CHIOCCI Medici & Philoſophi, Sap. Collegii Veronenſis alumni, de illius illuſtribus Medicis & Philoſophis qvi vel ſcribendo vel publice profitendo, Collegium, Patriam & bonas litteras illu-

 ſtra-

* In Catalogo Bibl. Tellerianæ p. 286. memoratur editio Veronenſis 1649. 4. apud Franciſcum de Roſſi & ex Latino verſa traditur Italice per Orlandum Peſcetti.

ſtrarunt, ex quorum moribus & inſtitutis, præceptiſue perfecta optimi Medici idea colligi poteſt, Commentariorum libri III. ex edit. Veronenſi 1623. 4. quibus ea, quæ Onufrius Panvinius libro ſexto Antiquitatum Veronenſium tradidit, ſupplentur.

189 PAULI CIGALINI Patricii Novocomenſis, Publici & Primarii in almo Ticinenſi Gymnaſio Medicinæ Profeſſoris, de *C. Plinii Secundi*, Naturalis Hiſtoriæ Scriptoris vera patria *Novocomo*, atque ejusdem Plinii fide & auctoritate prælectiones poſtumæ, ex edit. Comi 1605. 4.

190. POLYCARPI PALERMI, Jurisconſulti Veronenſis de Vera C. Plinii Secundi ſenioris patria, atque ea *Verona* libri III. quibus Cigalini, & aliorum contraria ſententia confutatur, ex edit. Veronenſi 1608. 4.

191. JOANNIS NICOLAI DOGLIONI, Bellunenſis diſſertatio de origine & antiquitate Civitatis *Belluni*, ejusque variis fatis maximeque memorabilibus. Ex Italico Latine vertit V. C. *Sigebertus Havercampus.* Italice viderat lucem Veronæ 1588. 4. della Origine & Antichita di Cividad Belluno & de' ſucceſſi di queſta Citta.

192. LAURENTII MARUCINI *Baſſanum*, ſive diſſ. de Urbis Baſſani Antiquitate & viris ejusdem illuſtribus. Latine vertit Sigebertus Havercampus ex Italica edit. Venet. 1577. 4.

193.

193. HIERONYMI BARUFFALDI, Ferrarienſis, Intrepidorum Ferrariæ, ac Incitatorum Faventiæ Academiæ Collegæ, *de Poetis Ferrarienſibus* diſſertatio in tres claſſes partita, ex edit. Ferrarienſi 1698. 4.

194. JOSEPHI LANZONI, Medici Ferrarienſis, & Academiæ Curioſorum Germaniæ, Recuperatorum Patavii, Incitatorum Faventiæ &c. Collegæ, *de Jatrophyſicis Ferrarienſibus* Diſſertatio, ex edit. Bononienſi 1691. 4.

195. CÆSARIS BRIXII ad Clementem VIII. Pontificem Max. Vrbis *Caeſenae* deſcriptio à *Franciſco Maria Faccino*, Cæſenate, nunc primum ex Italico in Latinum ſermonem verſa, & *Herculis Franciſci Dandini*, ſub * nomine *Elchrei Dinuudae* latentis Adnotationibus illuſtrata & locupletata. Italice prodierat Cæſenæ 1598.

196. Fr. BERNARDIN MANZONII, Ord. Minor. Conv. S. Franciſci, Artium & S. Theol. Doctoris, Inquiſitoris Generalis Senarum, *Caeſenae Chronologia* ex edit. Piſana 1643. 4. ſive *Caeſena ſacra* ab HECTORE BVCCI Cæſenate aucta iis quæ poſt Manzonii ætatem ſunt conſecuta, & huic editioni immixta: in qua Eccleſiæ Cæſenatis Antiſtites ex Vetuſtatis tenebris excerpti memorantur, Civesque Cæſenates, ſanctimonia, Dignitate, Doctrinis & Virtutibus illuſtres alphabetico ordine ab obli-

 vione

* Acta Erud. 1725. p. 205.

vione vindicantur. Pars ſecunda ad quam ſubinde provocat Manzonius, & quam *Caeſenam Regiam* inſcripſit, non videtur publici juris facta eſſe, certe in editoris manus minime pervenit.

197. GEORGII MARCHESII, Equitis, ac Senatoris, *Forolivii* Civitatis celeberrimæ Compendium hiſtoricum, in quo Conditores, Reſtauratores, Vices Bellorum & Temporum, Fines, Incolarum Indoles, Situs, Ager, Fluvii, Ædificia ſacra & profana atque ejusdem Civitatis Epiſcopi exponuntur, ex edit. Patavina 1722. Hic operis majoris prodromus in lucem datus eſt ad Forolivii gloriam adverſus Petrum Mariam Kavinam vindicandam.

198. ALPHONSI CICCARELLI, Phyſici Mævanatis ac poſtea ob falſarii crimen ſuppoſitis variis ſcriptis identidem admiſſum dextra amputata A. 1580. laqueo ſuffocati, de *Clitumno*, Umbriæ flumine celeberrimo Opuſculum ex edit. Patav. 1564. quo Plinii lib. VIII. Epiſt. 8. illuſtratur.

199. GABRIELIS NAUDÆI, Pariſini, *Tabularii Majoris templi Reatini Inſtauratio*, facta juſſu & auſpiciis Eminentiſſ. & Reverendisſimi Jo. Franciſci Cardinalis a Balneo, Epiſcopi Reatini, ex edit. Rom. 1640. 4.

200. NALDI NALDII, Florentini, Vita *Jannoctii Manetti*, Senatoris Florentini ex Ordine Equeſtri, atque in omni litterarum genere doctiſſimi: Ubi Viri hujus de Patria ſua

ſua optime meriti Nativitas, Studia, Munera & Legationes quibus egregie perfunctus, Honores, Dignitates, Adverſitates ac Obitus, eleganter atque nervoſe recenſentur. Nunc primum ex MS. Codice A. 1500. exarato quem ſuppeditavit nobiliſſ. Apoſtolus Zenus, edita, & Indice Nominum ac Rerum inſtructa.

201. MARTINI MANFREDI, Lucenſis, Monumentorum Hiſtoricorum Urbis *Lucæ* libri V. ubi quæ notabiliora circa mutationes & converſiones Ditionis ac Regiminis hujus Civitatis, ab Origine ejus ad Annum usque Domini 1661. contigerunt, comprehenduntur. Nunc primum ex MS. Italico verſi & publicati, Indiceque Nominum & Rerum inſtructi.

202. GAUGES de GOZZE, Piſaurienſis, *de Inſcriptione Columnæ Roſtratæ* olim in Foro Romano, diſſertatio: quæ *C. Duillio* Conſuli, ob victoriam quam primus a Claſſe Carthaginienſi reportavit, aliaque egregie ab eo geſta, erecta, cujus inſcriptio in baſi A. 1560. effoſſa, poſt Petri Ciacconii & Onufrii Panvinii obſervationes & conjecturas ſuppleta & illuſtrata. Ex Italico Latine vertit V. C. *Abrahamus Preigerus.* Italice prodiit Romæ 1635. 4. Roma transmiſſa ad illuſtrem Peireſcium, Diſcorſo ſopra l'Inſcrittione della Colonna Roſtrata.

203. FRANCISCI MARIÆ de ASTE, ex Clericis Regularibus, Archiepiſcopi Hydrun-

druntini ac Salentinorum Primatis de Memorabilibus *Hydruntinæ* Eccleſiæ (*Otranto*) Epitome, in duas partes partita, quarum pars poſterior, auctoris adnotationibus aucta eſt ex edit. Beneventana A. 1700.

THESAURUS Scriptorum atque Antiquitatum SICILIÆ, ſive Theſauri ITALIÆ Tomus X.

204. PHILIPPI CLUVERII, Gedanenſis, qui A. 1623. Lugduni Batavor. diem obiit, *Sicilia Antiqua*, ubi primum univerſæ hujus Inſulæ varia nomina, incolæ, ſitus, figura, magnitudo, tum Orientale, Meridionale atque Septentrionale littora, dein Mediterranea ejus, ac tandem Inſulæ minores ei adjacentes, variaque plurium locorum memorabilia explicantur. Opus elaboratisſimum, Tabulis Geographicis, & poſt editiones Leidenſes 1619. 1624. fol. aliis etiam figuris & urbium iconibus ære expreſſis illuſtratum.

205. CL. MARII ARETII, Patricii Syracuſani, Caroli V. Cæſaris & Regis Siciliæ Hiſtoriographi, de ſitu Siciliæ, ſive Chorographia ejus accuratiſſima, pridem edita Panormi 1537. 4. Meſſanæ 1542. 4. & alibi.

206. DOMINICI MARII NIGRI *Siciliæ deſcriptio*, ad veteres editiones emendata cum copioſo & accurato indice. De prioribus hujus libri editionibus dixi ſupra p. 71.

207. PLACIDI CARRAFÆ, J.U.D. Patricii Motucenſis, in Patria tribunalis inquiſitionis Proreceptoris, *Sicania deſcriptio*, in qua ulterioris Regni Siciliæ Urbes, Opida, Littora, illius Domini ac Reges, Templa, Sanctorum Corpora, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Archimandritatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Prioratus, aliaque memorabilia breviter deſcribuntur ac delineantur, ex editione Panormitana 1634. 4. ſed multis emendata locis.

208. ANTONINI MONGITORIS S. Theol. D. & Presbyteri Panormitani, *Regni Siciliæ delineatio*, Sicanæ Hiſtoriæ proſpectum, nec non de nomine Utriusque Siciliæ, item de litterarum in Sicilia cultu, & de Siculorum ingenio, tandemque de Olympiadum Computo ſuccinctas disquiſitiones complectens. Ex ejus Bibliotheca Sicula excuſa Panormi, 1707. fol. cujus tomo priori præmiſſa legitur.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars II.

209. P. OCTAVII CAIETANI, Syracuſani S. I. Iſagoge ad Hiſtoriam Sacram Siculam, ubi tam veteris Siciliæ, impiæ ſuperſtitiones, quam Chriſtianæ fidei in eadem Inſula initia, propagatio & augmenta, Siculorum in Religionem Chriſtianam ardor & in ea conſtantia, aliaque hujus argumenti, erudite & ſingulari methodo exponuntur.

Opus

Opus poſtumum ex edit. Panormitana 1707. 4.

210. ALBERTI PICCOLI, J. C. ex Congregatione Oratorii Meſſanenſis, de antiquo jure Eccleſiæ Siculæ & de primatu Archiepiſcopatus *Meſſanenſis* diſſertatio duabus partibus comprehenſa, ex edit. Meſſanæ 1623. 4.

211. ANTONINI de AMICO, Meſſanenſis, Regni Siciliæ Regii Hiſtoriographi & Metropolitanæ Panormitanæ Eccleſiæ Canonici, de Urbis *Syracuſarum* antiquo Archiepiſcopatu, ac de ejusdem in Univerſa Sicilia Metropolitico jure, Hiſtorica & Chronologica diſſertatio, Piccolo oppoſita. ex edit. Neapolitana 1640.

212. D. FRANCISCI BARONII ac MANFREDIS, Monteregalenſis Sacerdotis, Theologi, Philoſpphi, Oratoris & Hiſtorici, judicium de diſſertatione *Antonini de Amico*, in quo Meſſanæ jus Metropoliticum præ Syracuſis vindicatur. Ex edit. quæ prodiit Panormi 1641. 4.

212. ROCCHI PIRRI, Abbatis Netini, Hiſtoriographi Regii S. T. & U. J. D. Regii Capellani, Canonici, Apoſtolici Protonotarii atque in ſacro Quæſitorum Fidei Tribunali Cenſoris atque Conſultoris, *Disquiſitiones tres* in quarum prima de Patriarcha Siciliæ, in ſecunda de Metropolita Siciliæ & in tertia de Præſulum Sicilienſium electione diſſeritur. Ex editionibus Panormitanis li-

libri primi Siciliæ ſacræ, cui adjunctæ exſtant, tertia A. 1630. & 1644. prima & ſecunda A. 1644.

213. Ejusdem PIRRI *Sicilia ſacra* Disquiſitionibus & Notitiis illuſtrata, ubi libris IV. a Chriſtianæ Religionis exordio ad noſtra usque tempora, cujusque Præſulatus, Majorumque Beneficiorum inſtitutio, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, ſingulorum Jura, Privilegia, præclara Monumenta, Civitates Dioeceſeon, cum præcipuis earum Templis, religioſisque Familiis, atque Viri Siculi vel Sanctitate vel Doctrina illuſtres continentur, explicantur. Liber *primus* complectitur Notitias trium Siciliæ Metropoleon, Panormitanæ, Meſſanenſis & Monteregalenſis. Ex edit. Panorm. 1630. 1644. fol. Liber *ſecundus*; notitias Epiſcopatuum qui jam defecerunt. ibid. 1633. fol.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars III.

214. Ejusdem ROCCHI PIRRI Siciliæ Sacræ Liber *tertius* de Epiſcopatibus Siciliæ adhuc florentibus, Agrigentino, Pactenſi, Cephalædenſi, Mazarenſi, Melitenſi, & de Prioratu Meſſanæ & Eccleſiæ Liparenſis, ex edit. Panorm. 1638. fol. & liber *quartus* cujus pars prior A. 1647. altera ab auctore non abſoluta A. 1649. lucem vidit, de Sicularum Abbatiarum & Prioratuum Notitia.

215. Ejuſdem PIRRI Regiæ & Imperialis Capellæ Collegiatæ S. Petri, ſacri Regii Palatii Panormitani Notitia, Opus poſtumum à *Caſimiro Tragone* cum ſupplemento & additionibus D. ANTONINI MONGITORE S.T.D. & Presbyteri Panormitani editum Panormi 1716. Idem Mongitor T. 2. Bibl. Siculæ p. 202. teſtatur ſe ejuſdem Pirri habere MSS. Notitias Ordinis Ciſtercienſis & S. Auguſtini Canonicorum Regularium & Religioſorum Militarium.

216. CÆSARIS BARONII Cardinalis de Monarchia Siciliæ, ex tomo undecimo Annalium ad A.C. 1097. n. 18. ad 143. cum Cardinalis ASCANII COLUMNÆ judicio & BARONII ad Columnam reſponſione Apologetica, & Epiſtola ejus ad PHILIPPUM III. Hiſpaniæ Regem, ex edit. Pariſ. 1609. 8.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars IV.

217. THOMÆ FAZELLI, Siculi Ord. Præd. S. Theol. & Artium prof. *de Rebus Siculis Decades duæ*, quarum prior, deſcriptionem, poſterior Hiſtoriam Siciliæ univerſam usque ad A.C. 1556. ſive Caroli V. Imp. obitum continet. De prioribus præclari hujus Operis editionibus dixi ſupra p. 72. Exſtat quoque verſum Italice a Remigio Florentino.

218. FRANCISCI MAUROLYCI, Nobilis

lis Meſſanenſis, Abbatis S. Mariæ de Partu, Hiſtorici ac Mathematici celeberrimi, Sicanicarum rerum Compendium, ſive *Sicanicæ Hiſtoriæ libri VI.* ex edit. Meſſanenſi 1562. 4. Sed cui acceſſerunt ſive reſtituta ſunt loca quædam inſignia libro ſexto conſilio omiſſa, quæ ex autographo Auctoris in Bibl. Colbertina notavit *Stephanus Baluzius* Tom. 2. Miſcell. p. 223-344.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars V.

219. MICHAELIS RITII, Neapolitani JCti *de Regibus Siciliæ* eorumque origine & ſucceſſione libri IV. quos ſæpius editos dixi ſupra p. 72.

220. FELINI SANDEI, Ferrarienſis Juriſconſulti, de Regibus Siciliæ & Apuliæ liber, ſummatim in unum reducens quæcunque ab aliis incidenter & ſparſim de iſtis regnis ſunt ſcripta. Ex edit. Marquardi Freheri Hanov. 1611. 4. cum ejuſdem præfatione & notis.

221. ROCCHI PIRRI *Chronologia Regum* penes quos *Siciliæ* fuit Imperium poſt exactos Saracenos ab A. C. 1059. ad 1194. ubi etiam Familiæ magna ex parte explicantur; eorundem Vices Gerentes & præcipui quique Conſiliarii recenſentur, ex edit. auctiore Panormitana 1643. fol. Prior lucem ibidem viderat 1630. fol.

222. GAUFRIDI MALATERRÆ Monachi Benedictini, de Rebus geſtis *Roberti Guiſcardi*, Ducis Calabriæ, & *Rogerii*, Comitis Siciliæ libri IV. quibus, Rogerii hortatu, acqviſitionem Regni Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ & Bruttiarum deſcripsit. Ex edit. Hieron. Suritæ Cæſaraugustana A. 1578. fol. dicata *Antonio Auguſtino*, cujus effigies ære deſcripta præmittitur. De aliis editt. dixi ſupra p. 40. 75.

223. ALEXANDRI, Cœnobii S. Salvatoris Vallis Teleſinæ Abbatis, *Rogerii*, Siciliæ Regis Rerum geſtarum libri IV. quibus, adhortatione Mathildis, ejusdem Rogerii Sororis, Siciliæ Regnum in Campania, Calabris, Bruttiis, & Apulia usque ad Eccleſiaſticæ ditionis fines conſtituit. Ex ejusdem Suritæ editione Cæſaraugustana 1578. fol. cui accedit ANONYMI brevis Hiſtoria liberationis Meſſanæ a jugo Saracenorum A. C. 1129. per Rogerium ſuſceptæ, ex MS. Codice Cadurcenſi, vulgata pridem a *Steph. Baluzio* Tom. VI. Miſcell. p. 174. De aliis Alexandri hujus editt. ſupra p. 41. 75.

224. PTOLEMÆI *Lucenſis*, de Roberti Guiſcardi & eorum Principum qui Siciliæ regnum adepti ſunt, genealogia qua Dyrrhachinæ Domus Principum propagines appinguntur. Ex edit. Suritæ Cæſaraugustana 1578. fol.

225. HUGONIS FALCANDI Siculi, de rebus geſtis in Siciliæ regno Hiſtoria, cum

Ger-

Gervaſii Tornacæi Sueſſionenſis Dedicatione, cui inſertum Prooemium ; item ejusdem *Tornacæi*, Encomium Hiſtoriæ. De aliis editionibus dixi p. 45. 72. 75. ſq.

226. ANONYMI Deſcriptio Victoriæ per *Carolum* Andegavenſem contra *Manfredum* A. C. 1265. obtentæ, ex Andreæ du Cheſne T. V. rerum Francicarum, nec non Geſta *Petri* Arragoniæ Regis & Epiſtolæ quædam Pontificum huc facientes, ex Petri de Marca opere quod Marcam Hiſpanicam inſcripſit & Steph. Baluzii T. 6. Miſc. p. 197.

227. SABA MALASPINA Decanus Melitenſis de rebus Siculis ab A. C. 1250. ad 1276. libris VI. editus à Baluzio, Caruſio & Muratorio, ut dictum ſupra p. 51. & 77. Baluzius qui ex Andreæ du Cheſne ſchedis edidit, SALLAM appellat.

228. NICOLAI SPECIALIS, Netini, Frederici II. Regis Siciliæ ad Benedictum XII. Pontificem Max. legati, Rerum Siculanum libri VIII. qui Hiſtoriam Bellorum inter Reges Siciliæ & Aragoniæ geſtorum ab A. C. 1282. ad 1337. continent ex edit. Baluzii quam à Celeb. Muratorio repetitam dixi ſupra p. 60.

229. ANONYMI Chronicon Siciliæ ab acquiſitione Inſulæ per Græcos, usque ad obitum Wilhelmi ſeu ad A. C. 1340. ex tomo tertio theſauri Anecdotorum Pariſiis A. 1717. editi ab Edmundo Martene & Urſino Durando, Ord. S. Benedicti.

230. CONRADI VECERII Lucemburgenſis, Maximiliani Imp. a Secretis, Hiſtoria de duabus ſeditionibus Siciliæ ſub Imperio Caroli V. Imperatoris & Regis Hiſpaniæ A. C. 1517. ex edit. Haganoenſi 1531. 4. recuſa Baſileæ 1532.

Theſauri Antiquitatt. SICILIÆ pars VI. VII. VIII.

231. PHILIPPI PARUTÆ, Nobilis Panormitani, J. U. D. & LEONARDI AUGUSTINI, Senenſis, *Sicilia Numismatica*, nunc primum additis HUBERTI GOLTZII aliorumque Siciliæ deſcriptione & in Numiſmata ſingula explicationibus; ingenti numero Tabularum æncarum, edita ſparſim apud alios & inedita Numiſmata compleſtentium, locupletata, & perpetuo Commentario illuſtrata ſtudio & induſtria SIGEBERTI HAVERCAMPI, Hiſtor. Eloquentiæ & Græcæ Linguæ in Academia Lugduno Batava Profeſſoris. Editio plane nova, prioribus longe præſtans & Tabularum numero, & ſculpturæ artificio, & diſpoſitionis ratione nitidior ac emendatior, additis in fine, Chronologia & Indicibus locupletiſſimis. Diviſa in tres partes, quarum *prima* complectitur commentarios in Numiſmata Urbium Siciliæ à Panormo usque ad Tyndarum: *ſecunda*, proſequitur Commentarios in Numiſmata reliquarum Siciliæ Urbium, tum Regum quoque & alio-

aliorum, tabulaſque numiſmatum offert ab I. usque ad XXXII. Pars *tertia* tabulas reliquas à XXXIII. usque ad CCXXXIII. *Huberti Goltzii* Sicilia & magna Græcia * ſive Hiſtoriæ Urbium & populorum Siciliæ & magnæ Græciæ ex antiquis numiſmatibus reſtitutæ liber primus prodiit Brugis Flandrorum 1576. 1581. fol. & cum *Andreæ Schotti* auctario Antwerp. 1618. 1644. fol. *Philippi Parutæ* qui A. 1629. Panormi diem obiit, Sicilia numis illuſtrata, ſive operis ejus pars prima, lucem vidit Panormi 1612. fol. *della Sicilia deſcritta con Medaglie, parte prima*, & cum quadringetorum ferme numiſmatum acceſſione, ſtudio *Leonardi Auguſtini*, Senenſis, *La Sicilia di Paruta deſcritta con Medaglie, e riſtampata con aggionta da Leonardo Agoſtini*. Rom. 1649. fol. Antoninus Mongitor T. 2. Bibl. Siculæ p. 174. ait numiſmatum Siculorum explicationem prælo paratam *a Paruta*, Venetiis in lucem dare paraſſe *Maurum Marcheſium*, ſed eo oculis capto rem omiſſam, & Parutæ poſtumas lucubrationes in Germaniam transvectas a neſcio quo Ordinis Caſſinenſis Monacho. In editione autem nova *Marci Maieri* ** Lugd. 1697. fol. *la Sicilia di*

* Clariſſ. Havercampus VII. p. 1090. teſtatur Goltzii ſe magnam Græciam dimidia ad minimum numorum parte auctam dare poſſe.

** Ejusdem Maieri eſt notitia numorum Neapolitanorum & Calabrorum, il Regno di Napoli e di Calabria, deſcritto con Medaglie, arrichito d' una deſcrittione compendioſa di

di Filippo Paruta, hora in miglior ordine diſpoſta, compendiaria numiſmatum plerorumq; explicatio addita ex *Auguſtini Inveges* annalibus Panormitanis, Italice editis Panormi 1649. ſqq. fol. *Vincentii Mirabellæ* explicatione numorum Syracuſanorum Neapoli 1613. fol. & *Petri Carrera* commentariis Hiſtoricis de Urbe Catanenſi, Catanæ 1639. fol. qui *Octavium Archangelum* quoque in numis Siculis colligendis & illuſtrandis verſatum docet. Noviſſime pleniorem & perfectiorem Siciliam numismaticam moliri traditur *Joannes Maria Amatus* de quo memoriæ litterariæ Trevoltinæ A. 1705. p. 1640. & A. 1713. p. 1290. & laudatus Mongitor T. 1. Bibl. Siculæ p. 348. cui T. 2. appendice p. 1. memoratur quoque *Andreæ Andalori* ſpoſizione iſtorica delle medaglie, tabelle, iſcrizioni, ſcolpite nelle parete de' tempi, palaggi de' Magiſtrati, porte Regie, fonti artificioſi di Meſſina.

232. GEORGII GVALTHERI Auguſtani, qui ad viginti millia vett. titulorum ſive Inſcriptionum Italiæ collegiſſe ſe ſcribit, *Siciliæ eique adjacentium Inſularum atque Bruttiorum Tabulæ antiquæ* ſive Inſcriptiones Vete-

di quel famoſo Regno, ed illuſtrato d' una ſuccincta dichiaratione intorno alle ſue medaglie, cavata da i piu celebri ed approvati ſcittori ſi antichi come moderni da *Marco Meier* in Lione 1717. fol. cui jungi ſolet qui ſub idem tempus lucem vidit liber Vergaræ, Monete del Regno di Napoli, da Roggiero primo Re ſino all' Auguſtiſſimo regnante Carolo VI. Imperadore è III. Re Catolico, raccolte eſpiegate da *D. Ceſare Antonio Vergara* Dottore dell' una e l'altra Legge in Roma 1716. fol. Giornale de' letterati d'Italia T. 36. p. 321.

Veteres cum ejusdem Gvaltheri animadverſionibus ex edit. Panormi 1624. 4. Meſſanæ 1625. 4. ſed ſecundum Parutæ ordinem, expoſitioni numiſmatum ſparſim à Clariſſ. Havercampo inſertæ. Gualtherum cenſuræ ſuæ ſubjecit Petrus Carrera, qui conſulendus libro tertio monumentorum hiſtoricorum Urbis Catanæ c. 1. ſeqq.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars IX.

233. JOSEPHI BONFILII & CONSTANTII, Equitis Meſſanenſis, *Meſſanæ* Urbis nobilisſimæ *deſcriptio, octo libris* comprehenſa: qua non modo Conditores Urbis, Situs, Ædificia ſacra & profana, Portus, Caſtella, Viæ, Fora, Fontes, verum etiam adventus Principum, Exequiæ, Dies feſti, Ludi publici, Mores, Munera ſacra & civilia, aliaque commemoratu digna recenſentur. Ex Italico Latine vertit, recenſuit, præfatione, novo Indice & animadverſionibus locupletavit *D. Jo. Laurentius Mosheim.* Italice prodierat Venetiis 1606. 4.

234. PLACIDI REYNA, Comitis Palatini & Philoſophiæ apud Meſſanenſes Profeſſoris Primarii, Urbis *Meſſanæ Notitia Hiſtorica* in *duas partes* diſtributa. Quarum *priore*, præmiſſa de naturali Urbis indole ejusque primis Conditoribus tractatione, Res commemorabiles quæ ad Annum Mundi 4052. ei contigerunt, exponuntur. *Poſteriore*

autem res Urbis cum ſacræ tum Civiles a principio Salutis reſtitutæ, ad annum CHriſti ſexcenteſimum explicantur. Interpoſitæ ſunt ad majorem Hiſtoriæ illuſtrationem digreſſiones quædam. Ex Italico primus vertit, recenſuit, notis paſſim lucupletavit, præfationem denique præmiſit idem laudatus *D. Mosheimius*, Theologus Helmſtadienſis. Italice lucem viderat prior quidem pars A. 1658., altera 1668, utraque Meſſanæ in fol. poſteriori adjunctus Catalogus Codicum MSS. Græcorum qui exſtant Meſſanæ in Archimandritatu S. Salvatoris.

235. ANTONII PHILOTHEI de HOMODEIS, Siculi qui A. 1533. 1540. & 1545. montem luſtravit, *Ætnæ Topographia*, atque ejus incendiorum Hiſtoria ex editione Nic. Oddi Veneta 1591. 4.

236. D. PETRI CARRERÆ, Sacerdotis Panormitani *Deſcriptio Ætnæ* libris III. in quibus præter varias res memorabiles, Incendiorum continetur hiſtoria, inque eorum cauſſas inquiritur. Accedunt ejusdem ſupra idem argumentum Poëmatia. Ex Italico vertit *Sigeb. Havercampus*. Italice lucem viderat Catanæ 1636. 4. *il Mongibello* &c.

237. ALEXANDRI BURGOS, Meſſanenſis, in Academia Patavina Philoſophiæ & Hiſt. Eccleſiaſticæ Profeſſoris, *Deſcriptio terrae motus Siculi* qui contigit A. C. 1693. Ex Italico A. 1695. edito Latine vertit, ſuasque curas adjecit laudatus Vir *Sigebertus Havercampus*.

The-

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars X.

238. D. PETRI CARRERÆ *Monumentorum Hiſtoricorum Urbis Catanae libri quatuor*, in quibus diſſeritur de antiqua ejus origine ac ſitu, de ædificiis, agris, inſcriptionibus, Numis & eventis usque ad tempus CHriſti Domini noſtri ad eam ſpectantibus. Prodierunt Italice, Catanæ 1639. 1641. fol. 2. Voluminibus. Ex italico Latine vertit notasque addidit *Abrahamus Preigerus*. Volumen operis tertium quod de familiis Catanenſibus Carrera paraverat, Antoninus Mongitor T. 2. Bibl. Siculæ p. 133. ſuppreſſum memorat, ne inutilia jurgia moveret aleretue. Epiſtolas circiter LXV, quas ſub commentitio DIODORI SICULI & Catanenſium nomine Carrera ſubjunxit tanquam verſas e Græco Italice ab *Octavio Archangelo*, Preigerus Italice cum verſione ſua Latina exhibet, ego Latinam Clariſſ. Preigeri verſionem recudendam dedi Tom. 14. Bibl. meae Graecae p. 229.

239. Ejusdem CARRERÆ Disquiſitio de vero ſignificatu Numismatum quorundam Meſſanenſium ſeu Mamertinorum, Catanenſium &c. ſive Refutatio & Cenſura Oppoſitionum F. D. *Mariani Perelli*, *Sigebertus Havercampus* ex Italico Latine vertit, Praefationem & indices adjecit. Prodierat Italice, Catanae 1641. 4.

240. D. JO. BAPTISTÆ de GROSSIS S. Theol. & J.U.D. Protonotarii Apoſtolici ac Regiæ & inſignis Collegiatæ Eccleſiæ Catanenſis Canonici, *Catanenſe Decachordum* ſive noviſſima S. Eccleſiæ Catanenſis notitia. Qua tum Eccleſiaſticæ tum ſæcularis politiæ ſtatus univerſus, ſcriptorum calamis vel intactus vel intectus intente ſignatur, intentius propugnatur, libris duobus ex edit. Catanenſi 1642. 1647. fol.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ
pars XI.

241. JO. BAPTISTÆ GUARNERII, Catanenſis, Senatus Catanenſis a ſecretis *Diſſertationes VI, Hiſtoricæ Catanenſes*, quibus de origine & antiquitatibus Urbis Catanæ, Patriæ *S. Agathæ*, de Martyrio S. Agathæ, de Translatione ejusdem, de triumpho dierum feſtorum honori ejus conſecratorum, de beneficiis Patriæ ab ea exhibitis exponitur. Recenſuit & ex Italico Catanæ 1650. 4. vulgato Latine vertit, plurimis obſervationibus & præfatione auxit laudatus *D. Jo. Laurentius Mosheim.*

242. D. VINCENTII MIRABELLÆ & ALAGONÆ, Equitis Syracuſani, *Ichnographia Syracuſarum antiquarum explicatio*, & Numismatum aliquot ſelectiorum Reip. ejusdem liberæ & Regum qui in illa dominati ſunt. Ex Italico Neapoli 1613. fol. in lucem dato Latine vertit & notis illuſtravit, præ-

præfationes atque indices adjecit Vir clariſſ. *Sigebertus Havercampus.*

243. JACOBI BONANNI & COLUMNÆ, Ducis Montalbani, *Syracuſarum antiquarum illuſtratarum libri II.* Libro *Primo* agitur de locis & regionibus Urbis, *ſecundo* de Viris in illa Civitate illuſtribus. Varia etiam ad Antiquitatis notitiam pertinentia inſeruntur. *L'antica Siracoſa illuſtrata*, Meſſanæ 1624. 4. Ex Italico Latine vertit ſuisque Animadverſionibus auxit laudatus *Havercampus*. Hocce opus ſibi deberi potius quam Bonanno contendit Petrus Carrera initio operis de Catana, aſſentiente etiam Antonino Mongitore T. 2. Bibl. Siculæ pag. 134. quem vide tamen ſis T. 1. p. 297.

Theſauri Antiquitâtum SICILIÆ pars XII.

244. P. JOANNIS PAULI CHIARANDÆ Platienſis, S. I. *Plutia* ſive *Platia*, (hodie Piazza) Civitas Siciliæ antiqua, nova, ſacra, & nobilis. Nunc primum recenſuit, ex Italico ſermone Latine vertit, Præfatione Notisque inſtruxit *D. Joannes Laurentius Mosheim.* Præmiſſa eſt Academiæ Platienſis, *Piazzeſe*, Carmina & litteræ ex quibus patet quanti Viri hujus operis editionem ab Auctore efflagitaverint. Italice lucem vidit Meſſanæ 1654. 4.

245. P. MARII PACE, *Antiquitates Caltageronis*, Urbis pulcherrimæ Siciliæ, Ex Ita-

Italico Neapol. 1631. in lucem emiſſo Latine vertit, recenſuit, notulas atque indices adjecit *Sigebertus Havercampus.*

246. MARIANI PERELLI, Siclenſis Sacerdotis, Ordinis S. Relig. Hieroſolymitanæ *Antiquitas Sicli*, (*l' antichita di* Scichili, *antichamente chiamata* Casmenas, *ſecunda Colonia Siracoſana* Meſſanæ 1640. 4.) Latine ex Italico vertit laudatus Havercampus.

247. VINCENTII LITTARÆ, Netini Sacerdotis, *de rebus Netinis libri duo*, in quibus Urbis agrique deſcriptio, Netinorum origo, res militiæ togæve præclare geſtæ, habita a Regibus privilegia, illuſtrium Virorum monumenta & quicquid hiſtoria dignum legi potuit, luculente ac breviter traditur. Additæ ſunt *Netinorum conſuetudines* jam olim ſub Petro II. traditæ, ex edit. Panormitana 1583. 8. Addita de *B. Conrado Placentino* hiſtoria ab eodem Littara compendio perſtricta, cui notæ nunc primum ex vitis Sanctorum Siculorum *Octavii Cajetani* ſubjectæ.

248. PLACIDI CARRAFÆ, J. U. D. Patricii Motucenſis, in patria Tribunalis ſacræ Inquiſitionis Proreceptoris, *Motucæ deſcriptio* ſeu *delineatio*, in qua illius populoſæ & opulentæ Urbis, & ipſius ampliſſimi ac celeberrimi Comitatus initium, loca, diſtrictus, fontes, putei, Eccleſiæ, Collegia, Dignitates, Conventus, Cœnobia, Hoſpitia, Monaſteria, Proceres, Milites, Re-

Regimen, Tribunalia, Familiæ, atque inſignium Virorum pietas, doctrina, nobilitas & geſta breviter deſcribuntur ac delineantur. Ex edit. Panormitana 1653. 4. cui VINCENTII AURIÆ Epiſtola de origine Motucæ inſerta legitur. Ej. Carrafæ Motucam ſacram ſed ineditam hactenus, memorat Antoninus Mongitor T. 2. Bibl. Siculæ p. 185.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars XIII.

249. AUGUSTINI INVEGES, Sacerdotis Siculi, Saccenſis *Carthago Sicula*, hoc eſt *Caccami* ſive *Caccabes* deſcriptio (la Carthagine Siciliana, hiſtoria della Citta di Caccamo. Panormi 1651. 4.) Opus hiſtoricum in *tres* diviſum *libros* quorum *primus* continet nomen, ſitum & originem antiquiſſimæ Civitatis *Caccabes*, quæ nunc *Caccamo* dicitur. *Secundus* vero exſequitur originem XIV. nobiliſſimarum familiarum Normannarum, Francarum, Hiſpanarumque, quæ a Libertate Normanna usque ad hodiernum diem dominatæ ſunt. Ex Italicis Latina fecit, præfationem atque Indices adjecit *Sigebertus Havercampus*.

250. MARIANI VALGUARNERÆ Panormitani, Regii Capellani Philippi IV. & Abbatis S. Anaſtaſiæ &c. *de origine & antiquitate Panormi, primisque Siciliæ & Italiæ incolis* diſſertatio. Ex edit. Italica Panormitana 1614. 4. *diſcorſo dell' origine ed antichita di Palermo, e de' primi habitatori della Sicilia e della Italia*. Latine convertit, recenſuit, præfationem

nem præmiſit & animadverſiones ſubjecit *D. Jo. Laurentius Mosheim*, Theologus Helmſt. Latine etiam verſum hunc librum ab ipſo auctore, ſed non editum memorat Antoninus Mongitor Bibliothecæ Siculæ Tom. 2. p. 45.

251. D. FRANCISCI BARONII & MANFREDIS, Monteregalenſis Sacerdotis *de Panormitana Majeſtate libri IV.*, ubi feliciſſimæ hujus Urbis antiquitas, Gloria, Primatus ac Metropolitica dignitas aſſeruntur & confirmantur. Ex edit. Panorm. 1630. fol. Libro tertio diſſerit de eruditis Panormitanis: de Oratoribus ac Poetis c. 3. de Medicis c. 4. de JCtis c. 5. de Philoſophis ac Theologis c. 6.

Theſauri Antiqvitatum SICILIÆ pars XIV.

252. AUGUSTINI INVEGES *Panormus Antiqua*, ſive Urbis felicis primæ ſedis, Coronæ Regis & Capitis Regni Siciliæ æræ tres, Heroica, Carthaginienſis & Romana: ubi ejus Origo, incrementa, varius ſtatus, ſacer, politicus & militaris, ac omnia quæ de ipſa Nummis impreſſa, Marmoribus inciſa, Archivis incluſa, in MSS. ſervata apud Auctores Græcos, Latinos, Arabes, Italos & Hiſpanos ſparſa reperiuntur, collecta, explicata & ſecundum tempora ſua ordinate diſpoſita continentur. Hiſtoria ab origine Urbis Panormi (A. 2067. ante Chriſtum) ad pu-

publicationem usque Evangelii in eadem & fundationem S. Eccleſiæ Panormitanæ. Nunc primum ex Italicis Latine verſa, textu originali AuctorumGræcorum & indicibus locupletioribus aucta. Italice prodierant Panormi 1649. 1650. 1651. fol. *Il Palermo antico, ſacro & nobile.* Annales regni Siciliæ quorum auctor ſæpe meminit, non viderunt lucem, niſi apparatus poſtumus vulgatus Panormi 1709. 4. & in hoc theſauro omiſſus.

253. ANTONINI MONGITORIS Sacræ Domus Manſionis SS. Trinitatis Militaris Ordinis Teutonicorum Urbis Panormi, & magni ejus Præceptoris Monumenta hiſtorica. Origo, Privilegia, Immunitates, Præceptores, Commendatarii, Eccleſiæ ſuffraganeæ, Proventus, aliaque memorabilia ejusdem ſacræ Domus recenſentur & illuſtrantur. Ex edit. Panormitana 1721. 4.

254. JOSEPHI VINCENTII AURIÆ, J. U. D. Panormitani, Notitia Hiſtorica Originis & Antiqvitatis *Cephaledis*, Urbis placentiſſimæ Siciliæ. Ex Italico Latine vertit, recenſuit, Notulas adjecit, atque aliquot numis auxit SigebertusHavercampus. *Dell' origine & antichita di* Cefalu, *citta piacentiſſima di Sicilia, notitie iſtoriche* Venet. 1656. 4.

255. HIERONYMI RAGUSA, Siculi, Motycenſis, S. I. *Elogia Siculorum* qui veteri memoria litteris floruerunt. Ex editione Lugd. 1689. 12.

256.

256. BENEDICTI COCHORELLÆ, Vercellenſis, Canonici Regularis S. Salvatoris Lateranenſis, *Tremitanæ*, (olim *Diomedeæ*) Inſulæ (hodie *Tremiti*) accurata Deſcriptio ex edit. Mediolan. 1604.

257. PALLADII FUSCI ſive NIGRI Patavini *de ſitu oræ Illyrici libri duo* cum notis JOANNIS LUCII Dalmatæ, & ejuſdem libro *de Regno Illyrici* ex edit. Amſt. 1666. fol. atque additis inſcriptionibus Dalmaticis * ex edit. Venet. 1674. 4.

Theſauri Antiquitatum SICILIÆ pars XV. & ultima.

258. PHILIPPI CLUVERII *Sardinia* & *Corſica* antiquae, ubi harum inſularum nomina, ſitus, incolae, loca, aliaque ad ipſarum antiquitatem pertinentia explicantur, addita tabula Geographica aere expreſſa. Ex edit. Lugd. Bat. 1619. fol.

259. JOANNIS FRANCISCI FARÆ, Saſſarenſis, J. U. D. Archipresbyteri Turritani, *de rebus Sardois* Hiſtoria ex edit. Calaritana 1579. 4.

260. SALVATORIS VITALIS, Marenſis, Regularis obſervantiae Franciſcani, *Annales Sardiniae* ab Anno orbis conditi 1880. ad A. C. 139. duobus tomis abſoluti, ex edit. Florent. 1639. fol.

261. JO. QVINTINI, Haedui *Deſcritio Inſulae Melitae*, ex illius Commentariis rerum quo-

* In his plura notat Clar. Burmannus præf. ad part. XI. p. 16. ſeq.

quotidiana tum ad Sophum. De prioribus hujus ſcripti editionibus dictum ſupra p. 71.

262. COELII SECUNDI CURIONIS *de bello Melitenſi* A. 1565. geſto Hiſtoria, una cum Jo. VALETTÆ Principis Epiſtola, ex edit. Baſil. 1567. 8.

263. Commendatoris Fr. JOANNIS FRANCISCI ABELÆ *deſcriptio Melitae atque adjacentium Inſularum* libris IV. quibus diſſeritur de illius Inſulae Antiquitate, Colonis, locis habitatis, Antiquitatibus, Ruinis, Templis, Sacris, Statu Politico & Eccleſiaſtico, variis Dominis, Principatu S. Religionis Hieroſolymitanae, aedibus ſacris, Nobilibus familiis &c. Ex Italico ſermone Latine vertit *Jo. Antonius Seinerus*, qui praefationem & indicem adjecit. Italice lucem viderat A. 1647. fol. *Malta illuſtrata.*

264. JO. HENRICI MAJI, Fil. Profeſſoris Gieſſenſis, duo ſpecimina linguae Punicae. Prius publici juris factum fuerat typis Marpurgenſibus 1718. 8. Alterum brevius, nunc primum in lucem prodit.

VII. RERUM SICULARUM Scriptores quos edere pridem conſtituit V. C.

ANTONINUS de AMICO, Meſſanenſis, Hiſtoriographus Regius, ſed morte præventus, aliis hoc faciendum reliquit.

1. Chronologia ſive brevis hiſtoria rerum in Si-

in Sicilia per CC. & plures annos ab Amiris ſive Ducibus Mahumetanis in illa tyrannide dominantibus: excerpta ex Codice Arabico Chronologiæ univerſalis, collectæ per *Iſmael Almuyadad Abulpheda* Regem Amani. Nunc primum ex Arabico Latine converſa à *Marco Dobelio Citerone*, Arabicæ linguæ Profeſſore, hortatu ac prece Antonini de Amico, ex Codice MS. Regiæ Bibl. S. Laurentii Eſcurialis.

2. Epiſtola *Theodoſii* Monachi ad Leonem Archidiaconum de captura ſive expugnatione Syracuſarum, A.C. 1085. ex Codice Græco MS. Bibl. Cœnobii S. Salvatoris, prope Meſſanam, interprete *Alexandro Vaſilopolo* Zacynthio, Græcarum litterarum Profeſſore.

3. *Lupi* protoſpatæ rerum in Apulia, Campania, Calabria & Sicilia geſtarum ab Anno Salutis 860. ad 1102. breve Chronicon. ex Codice D. Antonii Caraccioli, Clerici Regularis Theatini, viri eruditiſſ.

4. Anonymi hiſtoria de evocatione Comitis Rogerii, Normanni ad capiendam inſulam Siciliam. ex Codice MS. Bibl. Senatus Meſſanenſis.

5. Roberti Guiſcardi, Calabriæ & Apuliæ Ducis, & Rogerii ejus fratris, Calabriæ & Siciliæ Comitis, Principum Normannorum, & eorum fratrum, rerum in Campania, Apulia, Calabria & Sicilia geſtarum

rum libri IV. auctore *Gaufrido de Malaterra*, Monacho Ordinis S. Benedicti in Cœnobio S. Ebrulphi profeſſo. Ex Codicibus duobus MSS. perantiquis emendati & genuinæ lectioni reſtituti.

6. *Guilielmi Apulienſis* rerum in Apulia, Calabria & Sicilia Normannicarum libri V. ex Codice MS. D. Ferdinandi de la Marra, Ducis Guardiæ.

7. Rogeri I. Siciliæ, Ducatus Apuliæ & principatus Capuæ Regis, rerum geſtarum libri IV. auctore *Alexandro* Cœnobii S. Salvatoris vallis Teleſinæ Abbate, ex Cod. Hieronymi Suritæ, Regni Aragonum Hiſtoriographi.

8. *Falconis* Beneventani Chronicon, ex Cod. MS. D. Annibalis Maſcambruni Beneventani, poſtea Epiſcopi Stabienſis.

9. Hiſtoria de rebus geſtis Guilelmi I. & Guilelmi II. Regum Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Ex Codice MS. Bibliothecæ S. Nicolai de Arenis, Catanenſis, Ord. S. Benedicti.

10. *Romualdi II.* Salernitani Archiep. Chronicon ab Orbe Condito usque ad annum Domini 1178. qui fuit duodecimus Guilelmi II. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ. Ex duobus Codd. MSS. Vaticanæ Bibl. ſcilicet & Salernitanæ Eccleſiæ tabularii.

11. *Landulphi* Abbatis S. Mariæ de Flumine apud Ceccanum, Chronicon, à Card.

Baronio nuncupatum *Foſſa nova*, & in ſuis Annalibus ſæpe laudatum. Ex Codice MS. Bibliothecæ Vaticanæ.

12. Chronicon de his quæ in regno Siciliæ geſta ſunt vel ubique per Orbem à tempore mortis Guilelmi II. usque ad tempora Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis. Auctore Notario, *Richardo de S. Germano.* Ex Codice MS. 203. Bibliothecæ Cœnobii Caſſinenſis.

13. *Anonymi* Monachi *Caſſinenſis* rerum in Italia geſtarum breve Chronicon, ab Anno Salutis 1000. usque ad 1212. ex duobus MSS. 47. & 199. qui in Caſſinenſi Cœnobio exſtant, diligenter excerptum. Additæ ſunt appendiculæ aliquot ex Codd. MSS. ejusdem Bibl. Caſſinenſis.

14. *Anonymi* alterius rerum in Sicilia geſtarum breve Chronicon ab Anno Domini 1027. usque ad Annum 1277. Ex Codice MS. Fr. Honorii Pactenſis S. T. D. Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci. Addita eſt etiam appendicula usque ad A. 1416. ex eodem Codice MS.

15. Hiſtoria de rebus geſtis Manfredi, Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, ab *Anonymo* ſed Synchrono ſcripta. Ex Codice MS. Principis Montis Mileti.

16. *Mat-*

16. *Matthæi Spinelli de Juvenatio* Chronicon ſive Diarium, nunc primum Latinitate donatum. Ex Codice MS. D. Ferdinandi de la Matra, Ducis Guardiæ.

17. *Bernardi Deſclotii*, Eqvitis Gotholani, Petri Magni Regis Aragonum & Siciliæ primi hiſtoria Hiſpanice ſcripta ac tribus libris comprehenſa, nunc primum Latinitate donata.

18. *Bartholomæi de Neocaſtro*, Siculi Meſſanenſis, Juris Civilis Profeſſoris, ac regni Siciliæ fiſci Patroni poëticum opus ſive Meſſana XV. libris, hexametris verſibus compoſitum de rebus geſtis Siculorum poſt Gallorum cladem. Ex Codice MS. in membranis D. Auguſtini de Morlanes Regni Aragonum Fiſci Patroni.

19. *Ejuſd.* Hiſtoria ſui temporis, ex Codice MS. antiquo in charta bombycina, qui repertus fuit in arcula plumbea ſub altari majori veteris Eccleſiæ S. Salvatoris linguæ Phari prope Meſſanam.

20. *Nicolai Specialis* ſenioris hiſtoria de rebus geſtis Siculorum ſub Friderico Aragonio Siciliæ Rege invictiſſimo. Ex duobus Codd. MSS.

21. Hiſtoria quæ *F. Michaelis de Placea* Siculi Ordinis S. Franciſci nomine circumfertur, ab exceſſu Friderici Aragoni II. hujus nominis, Regis Siciliæ, usque ad A. C. 1361. more Siculo, & 1362. more Romano. Ex Codice MS. D. Friderici de Vigintimi-

liis, Equitis Panormitani, Marchionis Hieracii fratris.

CORPORIS Scriptorum ITALIÆ MEDIOLANENSIS, Tomus XII, * ſive Volumen XIV. dicatum sereniſſ. Reip. Venetæ.

140. ANDREÆ DANDULI ab A.C.1343. Ducis Veneti *Chronicon Venetum* a Pontificatu S. Marci ad A.C. 1280. atque inde ex ejus Hiſtoriæ Compendio deductum ad A.1342. cum continuatione RAPHAINI CARESINI ad A. 1388. ex duobus MSS. Bibl. Eſtenſis atque Ambroſiano diplomatibus ineditis aucto per *Jo. Vincentium Pirellum*, & notationibus è JOANNIS BEMBI Chronico ab A.1383. ad 1410.

141. Fragmenta *Annalium Romanorum* LUDOVICI BONCONTE MONALDESCO ** ab A.C. 1328. ad 1340. Italice ex MS. Codice Bibl. Cæſareæ Vindobonenſis.

142. DOMINICI de GRAVINA Chronicon de rebus in Apulia geſtis ab A. 1333. ad 1350. ex Codice MS. ejusdem Cæſareæ Bibl. ſed in limine & ad calcem lacero.

143. Fratris JOHANNIS de CORNAZANIS Ord. Præd. *Hiſtoriæ Parmenſis* fragmenta ab A. 1301. ad 1355. cum Latina non ſup-

* Addes hæc recenſioni priorum XIII. Voluminum, ſupra pag. 62.

** Hic, ſi vera eſt fabula, annos natus CXV. deceſſit circa A.1441. Confer Acta Erud. A.1729. p.290.

ſuppeterent, Italice interprete *Joanne Maria de Herba*, Parmenſi, continuando Chronico Parmenſi de quo ſupra p. 54. n. 116.

144. GVILELMI & ALBRIGETI CORTUSIORUM Hiſtoria *de Novitatibus Padua & Lombardia* ab A. C. 1256. ad 1364. longe quam in editionibus ſupra p. 99. memoratis caſtigatior ex Codicibus binis Eſtenſibus atque Ambroſiano & ex Chronico inedito *Andrea Reduſii de Quero* qui Cortuſiorum opus compilavit: etiam Capitibus XXIV. per nobiliſſimum Virum, *Apoſtolum Zenum* ſuppeditatis in libro ſecundo auctior.

145. Ad Cortuſiorum Chronicon additamenta duo Anonymis auctoribus, Italice. Alterum ipſorum Cortuſiorum fortaſſe ab A. 1359. ad 1365. Alterum ab A. 1354. ad 1391. e MS. Codice Bibl. Eſtenſis.

146. GVALVANEI de la FLAMMA Ord. Præd. Commentarius de rebus geſtis Azonis (cui Chronicum majus ſive Manipulum florum ſupra p. 61. ſeq. memoratum auctor dedicavit) Luchini & Johannis Vice Comitum ab A. 1328. ad 1342. cum notis Viri eruditiſſ. *Joſephi Antonii Saxii*.

147. BONINCONTRI MORIGIÆ, civis Modœtienſis militia & civili prudentia clari Chronicon Modœtienſe, ab origine Modœtiæ usque ad A. C. 1349. ex MS. Codice membranaceo Bibl. Ambroſianæ, recenſente laudato Saxio.

Hactenus Vol. XIV.

* * *

Fragmentum de ORIGINIBUS LANGOBARDICIS cum *Paulo Warnefrido* in pleriſque congruens e veteri membrana nuper ſeparatim edidit notisque illuſtravis *Jo. Fridericus Chriſtius*, additis excerptis ad Hiſtoriam Langobardorum ſpectantibus e *Conrado à Lichtenau* aliisque. Halæ Magdeb. 1728. Fragmentum illud integrum quoque exhibetur in Actis Erud. A. 1729. p. 332.

IX. THESAURUS Antiquitatum ROMANARUM congeſtus a V. C. JOANNE GEORGIO GRÆVIO atque editus Trajecti ad Rhenum & Lugd. Bat. apud Franciſcum Halmam & Petrum van der Aa, 1694-1699. fol.

Tom. I.

Octaviani Ferrarii de Origine Romanorum a Trojanis, liber ex edit. Mediolan. 1607. 8.

Paullus Manutius de Civitate Romana ex edit. Rom. 1582. 1585. 4.

Caroli Sigonii de antiqvo jure Civium Romanorum libri II. p. 39. ex edit. Hanov. 1609. fol. & addenda ac mutanda in illo opere ex edit. * Pariſienſi A. 1572. p. 1022.

Onu-

* Vir celeberr. Chriſtianus Thomaſius, qui Sigonii libros undecim de antiquo jure populi Romani recudi fecit Lipſiæ 1715. 8. præmiſſa diſſ. de uſu vario ſtudii antiquitatum in ſtudio Jurisprudentiæ Romanæ, contendit Sigonium ea quæ in editione Pariſ. 1572. plura leguntur, deinde omiſiſſe de induſtria in editione Pariſ. 1576. 4. quam inſecutæ ſunt Bonon. 1584. Francof. 1593. & Hanov. 1609. fol. Libri duo de antiquo jure Civium Rom. editi primum Venet. 1560. 4

Onufrius Panvinius de Civitate Romana.
— — — de Imperio Romano ex edit. Venet. 1558. 8. Pariſ. 1588. 8.
Paullus Manutius de Comitiis Romanorum ex edit. Bonon. 1585. 4.
Nic, Gruchii de Comitiis Romanorum libri III, ex edit. Pariſ. 1555. fol. apud Vaſcoſan. repetita Venet. 1559. 8.
Ejusd. reſponſio ad binas Caroli Sigonii reſponſiones ex edit. Pariſ. 1565. 8.
Caroli Sigonii poſterior cum Nic. Gruchio diſputatio de binis Comitiis & lege curiata ex edit. Bonon, 1566, 4. Francof. 1604. fol.
Nicolai Gruchii ad poſteriorem Caroli Sigonii diſputationem refutatio ex edit. Pariſ. 1567. 8.
Car. Sigonius de Lege curiata Magiſtratuum & Imperatorum & eorum jure ex edit. Venet. 1569. 4. Idem hic liber eſt paucis mutatis qui infra tomo ſecundo emendatior recurrit tertius de antiquo jure Provinciarum, ut à Chriſtiano Thomaſio notatum.
Paullus Manutius de Senatu Romano ex edit. Venet. 1581. 4.
Joannes Sarius Zamoſcius de Senatu Romano libri II. ex edit. Venet. 1563, 4.

Tomus II.

Paullus Manutius de Legibus Romanis ex edit. Venet. 1569. 8.
Antonius Auguſtinus de Legibus Rom. cum notis Fulvii Urſini ex edit. Rom. 1583. 4.

Caroli Sigonii de antiquo jure Italiæ libri III.
Ejusd. de antiquo jure Provinciarum lib. III.
Ejusd. de judiciis libri III. ex edit. Hanov. 1609. fol. De aliis dictum ſupra p. 168.
Sibrandus Tetardus Siccama de judicio Centumvirali ex edit. Franequer. 1596. 8.
Franciſcus Hottomannus J. C. de Magiſtratibus Romanorum eorumque inſtitutione..
Ejusd. de Senatu & Senatusconſulto.
Ejusd. de formulis antiquis ex edit. Genev. 1585. 8. & tomo tertio Operum, Genev. 1599. fol.
Nicolai Rigaltii, Iſmaelis Bullialdi & *Henrici Valeſii* obſervationes de ſtatu & conditione populorum qui Fundi facti dicebantur lege Julia de Civitate Romana. Ex edit. Argentorat. 1670. 8. quam præceſſerant aliæ Tulli Leucorum 1651. 4 Divione 1656. 4. Argentorati 1656. 8.
Carolus Sigonius de Nominibus Romanorum, ex edit Venet. 1556. fol. ad calcem commentarii in faſtos.
Onuphrius Panvinius de antiquis Romanorum nominibus ex edit. ad calcem faſtorum Panvinii Romanorum, Venet. 1558. fol. Heidelberg. 1588. fol.
Joſephi Caſtalionis J. C. adverſus fœminarum Prænominum aſſertores diſputatio.
Ejusd. de antiquis puerorum nominibus ex Miſcellaneis Italicis eruditis Gaudentii Roberti tomo I. Parmæ 1690. 4. ſecuti editionem. Rom. 1594. 4.

Petri

Petri Servii Medici Romani Miſcellaneorum cap. V. VI. VII. & VIII. quibus ſententia Caſtalionis de nominibus fœminarum refellitur. *In præfat.* ex ejusdem Roberti tomo ſecundo. Lucem viderant Servii Miſcellanea Avenione 1638.

Tomus III.

Franciſci Robortelli de Provinciis Romanorum & earum diſtributione atque adminiſtratione.

Ejusd. de judiciis, & omni conſuetudine cauſſas agendi apud Romanos ex ejus Tomo primo de vita & victu Populi Rom. Bononiæ 1559. fol. & T. 1. Miſcellan. Italic. Gaudentii Roberti, Parmæ 1690. 4.

Junius Rabirius de Haſtarum & Auctionum origine ex edit. Pariſ. 1554. 4.

Franciſci Robortelli de Magiſtratibus Impp.

Ejusd. de gradibus Honorum & Magiſtratuum Rom. ex edit. laudata, Bonon. 1559. fol. Parmæ repetita.

Guido Pancirollus de Magiſtratibus municipalibus.

Ejusd. de Corporibus Artificum, ex edit. Venet. 1593. fol. repetita 1602. fol. & Genev. 1623. fol. ad calcem Commentarii ad Notitiam Orientis & Occidentis.

Sextus Rufus de regionibus Urbis.

P. Victor de Regionibus Romæ, ambo cum emendationibus *Onufrii Panvinii* ex edit. Venet. 1558. 8. cum libris III. de Rep. Rom.

Bartholomæi Marliani Mediolanenſis, Urbis Ro-

Romæ Topographia, ex edit. Rom. 1544. fol. cum notis antea ineditis *Fulvii Urſini*, & iconibus Urbis, Romuli, Lupæ, ædificiorum celebrium, Pontis Ceſtii & caſtri Prætorii.

Onuphrii Panvinii antiquæ Urbis imago, ex edit. Venet. 1558. 8. cum libris de Rep. Romana, recuſis Pariſ. 1588. 8. Frf. 1597. fol.

Guidonis Pancirolli, Urbis Romæ deſcriptio. Ejusdem de quatuordecim Urbis regionibus, earundemque ædificiis tam publicis quam privatis, commentarius ex appendice ad Commentar. in Notitiam Theodoſiam Orientis & Occidentis. Venet. 1593. 1602. Genev. 1623. fol.

Georgii Fabricii deſcriptio Urbis Romæ, ex editione auctiore Baſil. 1587. 8. Prima minus locuples editio Baſil. 1551. 8. repetita ibid. 1560. 8. Helmſt. 1670. 4. & in A. Thyſii Roma illuſtrata Amſt. 1657. 12.

Alexandri Donati, Senenſis S. I. Roma vetus ac recens, utriusque ædificiis ad eruditam cognitionem expoſitis ex edit. Rom. 1638. 4. additis figuris elegantiſſ. delineatis *à Joanne Goeree* ex veſtigiis ædificior. ruinis, monumentis &c. Recuſus fuit Donati liber Rom. 1665. 4. & Italice Rom. 1653. 8. 2. Vol.

Tom. IV.

Famiani Nardini Roma vetus, libri VIII. Italice primum editi Rom. 1666. 4. curante

Octa-

Octavio Falconerio, * & recuſi ibid. 1704. 4. nunc ex Italica in Latinam linguam tranſlati à *Jacobo Tollio*. *Eliæ Roberelli* obſervationes ad quædam Nardini loca, præfationi Grævii ad hunc tomum inſertæ ſunt.

Octavii Falconerii de Pyramide C. Ceſtii Epulonis diſſertatio ex edit. Rom. 1666.

Ejusd. ad Carolum Datum V. C. Epiſtola de latere ex ædificii veteris ruderibus eruto, qvum paries ad inſtaurandam Panthei porticum A. cIↄ Iↄ CLXI. dirueretur: ex edit. Rom. 1666. cum Nardino.

Iſaaci Voſſii de antiqua Urbis Romæ magnitudine ex ejus Variis Obſervationibus, excuſis Lond. 1684. 4.

Olai Borrichii de antiqva Urbis Romæ facie diſſertatio compendiaria, ex edit. Hafnienſi 1686. 4.

Sexti Julii Frontini de Aqvæductibus Urbis Romæ libri II. cum notis *Roberti Keuchenii* ex edit. Amſt. 1661. 8.

Raphaelis Fabretti de aqvis & aqvæductibus Veteris Romæ diſſertationes III. ex edit. Rom. 1680. 4.

Joannis Chifletii Aqva Virgo, fons Romæ celeberrimus, & priſca religione ſacer. Opus Ædilitatis M. Agrippæ, in vetere anulari gemma. ex edit. Antwerp. 1662. 4.

Lucæ Holſtenii Commentariolus in veterem picturam, Nymphæum referentem. ex edit.

* Falconerii carmen in Romam Nardini, obvium in Sylloge Epiſtolarum Burmanniana T. V. p. 482.

edit. Rom. 1676. recuſa ad calcem commentarii poſtumi in Stephanum Byzantinum. Lugd. Bat. 1692. fol.

Petri Ciacconii in Columnæ roſtratæ inſcriptionem à ſe conjectura ſuppletam explicatio, ex edit. Rom. 1608. 8.

Jacobi Sirmondi explanatio antiqvæ inſcriptionis * qva L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt elogium. ex edit. Pariſ. 1617. 4. repetita in Sirmondi operibus T. IV. Pariſ. 1696. & Venet. 1728. fol.

Joſephus Caſtalio de templo Pacis, unde Columna exemta in Exquilinum eſt translata, atqve ex occaſione de Jani Gemini Templo, belliqve portis. ex edit. Rom. 1614. 4.

Ejusd. explicatio ad inſcriptionem Auguſti qvæ in baſi eſt Obeliſci ſtatuti per Sixtum V. Pontificem Max. ante portam Flaminiam, alias Populi. ex edit. Rom. 1589. 4.

Petri Angeli Bargæi de privatorum publicorumque ædificiorum Urbis Romæ everſoribus, Epiſtola ad Petrum Uſimbaldum, Ferdinandi Medicis Magni Ducis Etruriæ a ſecretis primum. ex edit. Florent. 1589. 4.

Ejusd. commentarius de Obeliſco, ad Sixtum V. Pont. Max. ex edit. Rom. 1587. 4.

Joſephi Caſtalionis de Columna Triumphali Imp. Antonini Commentarius. ex editione Rom. 1582. repetita 1590.

Frag-

* Confer Gaſſendum in vita Peireſcii ad A. 1616.

Fragmenta veſtigii Veteris Romæ, ex lapidibus Farneſianis primum in lucem edita cum notis *Jo. Petri Bellorii* ex edit. Rom. 1673. fol. ſubjuncta Tabula topographica Novæ Romæ à *Jo. Baptiſta Falda.*

Levinii Cruylii Presbyteri Gandavenſis deſcriptio faciei variorum locorum, qvam proſpectum vocant, Urbis Romæ, tam antiqvæ qvam novæ, * ex edit. Rom. 1660. in XV. Tabulis æri inciſa, additaque mappa veteris Latii.

Tomus V.

Jacobi Gutherii de veteri jure Pontificio Urbis Romæ libri IV. ex edit. Pariſ. 1612. 4.

Jo. Andreæ Boſii de Pontifice Max. Romæ Veteris Exercitatio Hiſtorica.

Ejusd. de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum Exercitatio altera. ex edit. Jen. 1656. 4. contra *Jo. Placidium* (Jac. Gothofredum.)

Mich. Angelus Cauſeus (de la Chauſſe) de inſignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, Auguris, & inſtrumento ſacrificantium. ex ejus Romano Muſeo. Rom. 1691. fol. le grand Cabinet Romain, Amſt. 1706. fol.

Augu-

* Non ſatis intelligo quod in Catalogo Bibl. Vilenbroukianæ p. 75. memorantur Proſpectus Urbis Romæ inſignes a *Matthao Georgio de Rubeis* delineati & tabulis maximis æri inciſi a *Levino Cruyl*, charta Atlantica, & ſubjungitur hos proſpectus in theſauro Græviano non reperiri, & qui ibi extſtant, hos non eſſe eosdem.

Auguſtini Niphi libri II. de Auguriis. ex edit. Baſil. 1534. 8. repetita Marpurg. 1614. 4.

Jul. Cæſari Bulengeris in Acad. Piſana humanitatis profeſſoris de ſortibus.

Ejusd. de Auguriis & Auſpiciis.

— — de Ominibus.

— — de Prodigiis.

— — de terræ motu & fulminibus inter Opuſcula edita Lugd. 1621. fol.

Jo. Baptiſtæ Belli diatriba de partibus templi auguralis ex edit. Toloſana 1637. 8.

Jo. Pierius Valerianus de fulminum ſignificationibus ex edit. Rom. 1517. 4. Addi merebatur *Paganini Gaudentii* liber de prodigiorum ſignificatione, vulgatus Florentiæ 1638. 4.

Juſti Lipſii de Veſta & Veſtalibus ſyntagma. ex edit. Antwerp. 1603. 4.

Ezechiel's Spanhemii de numo Smyrnæorum, ſeu de Veſta & Prytanibus Græcorum diatriba, poſt editionem ad calcem Numiſmatum illuſtris Viri Petri Seguini, Pariſ. 1684. 4. multum ab auctore locupletata.

Antiqvæ tabulæ marmoreæ ſolis effigie, ſymbolisque exſculptæ explicatio, qva priſcæ qvædam mythologiæ, ac nonnulla præterea vetera monumenta marmorum, gemmarum, nomismatum illuſtrantur, * auctore *Hieronymo Aleandro* juniore. Acceſſit non abſimilis argumenti ex-

* Laudat Aloyſius Lollius lib 1. Epiſt. p. 46.

expoſitio ſigillorum Zonæ veterem ſtatuam marmoream cingentis. Ex edit. Rom. 1616. 4.

Michaelis Angeli Cauſei de la Chauſſe Deorum ſimulacra, Idola aliæque imagines æreæ. Ex ejus Muſeo Romano, Rom. 1691. fol. quod recuſum Gallice Amſt. 1706. fol.

Jo. Baptiſta Hanſenii de jurejurando veterum liber, ex edit. Toloſana 1614. 4.

Stephanus Trelierius de jurejurando.

Erycii Puteani de jurejurando antiquorum ſchediaſma, in quo de Puteali Libonis, editum pridem Mediolani 1606. 8.

Plutarchi & Marci Zuerii Boxbornii quæſtiones Romanæ, quibus ſacri & profani ritus eorumque cauſæ & origines, plurima etjam Antiquitatis monumenta eruuntur & explicantur. Ex edit. Lugd. Bat. 1637. 4.

Tomus VI.

Franciſci Bernardi Ferrarii de Veterum acclamationibus & plauſu libri VII. ex edit. Mediolan. 1627. 4.

Petri Berthaldus de Ara liber ſingularis. editus pridem Nannetis 1636. 8.

Benedictus Bacchinus & *Jacobus Tollius* de ſiſtris, eorumque figuris ac differentia. ex edit. Bononienſi 1680. & Trajectina 1696. 4.

Caſpar Sagittarius de januis Veterum ex edit. Altenburg 1672. 8. una cum Auctoris Analectis.

Lazarus Bayſius de re Veſtiaria. ex edit. Baſil. 1541. 4. repetita Pariſ. 1549. 4. apud Rob. Stephanum.

Octavii Ferrarii de re Veſtiaria libri VII. ex edit. auctiore Patav. 1654. 4.

Albertus Rubenius de re Veſtiaria Veterum, præcipue de lato clavo, libri duo poſtumi, ex edit. quæ curante Jo. Georgio Grævio lucem vidit Antwerpiæ 1665. 4.

Octavii Ferrarii Analecta de re Veſtiaria, ſive ad Rubenium exercitationes, ex edit. Patav. 1670. 4.

Jo. Baptiſta Donius de utraque Pænula. ex edit. Pariſ. 1644. 8.

Aldus Manutius, Pauli F. de toga Romanorum.

Ejusd. de tunica Romanorum.

— — de tibiis veterum. Ex ejus quæſitis per Epiſtolam Venet. 1576. 8. & in theſauro Critico Gruteri T. IV. pag. 272. 289. & 251.

Theophilus Raynaudus S. I. de pileo cæteriſque Capitis tegminibus tam ſacris qvam profanis, liber editus pridem ſub nomine *Anſelmi Solerii** Cemelienſis Lugd. 1655. & deinde ab ipſo Raynaudo A. 1662. & inſertus Operum Raynaudi tomo XIII. Lugd. 1665. fol.

To-

* Solerii nomen quoque præfert editio nitida Amſtelodamenſis 1671. 12. cui variæ additæ icones ære deſcriptæ & ex Philippi Rubenii electis lib. 2. caput 25. de ſacris apicibus.

Tomus VII.

Rich. Streinius de Gentibus & Familiis Romanorum. Ex edit. Pariſ. 1559. fol. apud Henr. Steph. repetita Venet. 1571. 4. 1591. 8.

Antonius Auguſtinus Epiſcopus Ilerdenſis de Familiis Romanorum.

Familiæ Romanæ nobiliores è *Fulvii Urſini* Commentariis. Ex edit. Rom. 1577. fol.

Notitia Dignitatum utriusque Imperii, Orientis ſcilicet & Occidentis ultra Arcadii Honoriique tempora, ex edit. Philippi Labbei Pariſ. 1651. 12. & in eam *Guidonis Pancirolli* J. U. D. celeberrimi ac in Patavina Academia Interpretis Legum primarii, Commentarii. Ex edit. Veneta 1593. repetita Lugd. 1608. Genev. 1623. fol.

Marmor Piſanum de honore biſellii. Parergon inſeritur de Veterum ſellis, cura *Valerii Chimentelli* J.C. in Piſano Lyceo Eloqv. & Politices Profeſſoris, Accedit Myiodia, ſive de Muſcis odoris Piſanis Epiſtola. Ex edit. Bononienſi 1666. 4.

Tomus VIII.

*Vetus Kalendarium Romanum Colotianum, * à marmore deſcriptum in Ædibus Maffæorum ad Agrippinam, in tabula marmorea, ſuperne fracta.*

M 2 Petri

* Obvium quoque in *H*uberti Goltzii theſauro rei antiquariæ p. 197. & in Gruteri Inſcriptionibus pag. CXXXIII.

Petri Ciacconii, Toletani *notæ in Vetus Romanorum Kalendarium.* ex edit. Venet. 1581. 4.

Fulvii Urſini *notæ ad Kalendarium Ruſticum* ** *Farneſianum.* ex edit. Rom. 1587. 8.

Kalendarii fragmentum, *** *quod viſitur in Ædibus Capranicorum.*

Sibrandi Tetardi Siccamæ *Commentarius in Faſtos Kalendares Romanorum.* ex edit. Amſt. 1600. 4.

Ejusdem de veteri anno Romano Romuli & Numæ Pompilii antitheſes Joſepho Scaligero dicatæ. ex edit. Campis 1599. 4.

Aliud Vetus Kalendarium, quod in libris antiquis præfigitur Faſtis Ovidii. ex edit. Caroli Neapolis in anaptyxi Faſtorum Ovidii, Antw. 1639. fol.

Kalendarium Romanum ſub Conſtantio, Magni filio, circa annum Chriſti CCCLIV. compoſitum, & Valentino cuidam dedicatum.

Petri Lambecii *notæ in Kalendarium illud vetus* ex tomo quarto Commentariorum de Bibl. Vindobonenſi 1671. fol.

Thomæ Demſteri *Kalendarium Romanum.* ex ejus paralipomenis ad Jo. Roſini antiquitates Romanas, vulgatis Pariſ. 1613. fol. & deinde alibi ſæpius recuſis.

Dionyſii Petavii S. I. *Kalendarium vetus Romanum, cum ortu occaſuque ſtellarum.* Ex ejus Ura-

** Apud eundem Gruterum p. CXXXVIII. & Goltzium p. 205.

*** Apud Gruterum p. CXXXIV.

Uranologio, Pariſ. 1630. & Amſt. 1703. fol. p. 60.

Petri Gaſſendi *Kalendarium Romanum compendioſe expoſitum.* ex edit. Pariſ. 1654 4. repetita in Operum tomo qvinto. Lugd. 1658. fol.

Petri Violæ, Vicetini de *de Veterum novaque Romanorum temporum ratione libellus.* ex edit. Veneta 1546.

Hadrianus Junius *de Annis & Menſibus*, ſubjuncto faſtorum libro ex edit. Baſilenſi 1553. 8.

Joannes Lalamantius *de Anno Romano.* ex ejus libro edito Genev. 1571. 8. quo annum Ægyptiacum, Perſicum, Arabicum, Hebræum, Macedonicum &c. Atticum cum Romano contulit p. 152-207.

M. Jacobus Chriſtmannus *de Kalendario Romano.* ex ejus commentario ad Alfragani Chronologica & Aſtronomica elementa. Francof. 1590. 8. p. 158--189.

Franciſcus Robortellus *Utinenſis de Menſium appellatione ex nominibus Impp.* Ex tomo primo de vita & victu populi Rom. Bononiæ 1559. fol. & Tom. 1. Miſcellaneor. Italic. Gaudentii Roberti Parmæ 1690. 4.

Joſephus Scaliger *de Veteri anno Romanorum.* Ex ejus opere de emendatione temporum lib. 2. p. 172. ſeqq. Lugd. Bat. 1598. & Genev. 1629. fol.

Dionyſius Petavius, Aurelianenſis, S.I. *de Veteri anno Romanorum* ex libro 2. de doctrina

na

na temporum c. 71. & lib. 9. c. 45. Pariſ. 1627. & Amſt. 1703. fol.

Samuelis Petiti *Ecloga Chronologica de Anno & Periodo veterum Romanorum*, ſive liber quintus eclogarum Chronologicarum editarum Pariſ. 1632. 4.

Wilhelmus Langius *de vetere anno Romanorum*, ſive caput XV. libri primi de annis CHriſti, Lugd. Bat. 1649. 4.

Erycii Puteani *de Biſſexto liber, nova temporis Facula, qua intercalandi arcana, hactenus obſcura, illuſtrantur.* ex edit. Lovanienſi 1637. 4.

Petrus Taffinus Audomarenſis, S. I. *de veterum Romanorum Anno ſeculari, ejusque potiſſimum per ludos Seculares celebritate, eorumque Chronologia.* ex edit. Tornaci Nerviorum 1641 4.

Erycii Puteani *de Nundinis Romanis liber, nova Faſtorum velut Facula.* Ex edit. Lovan. 1646.

E Gregorii Tholoſani *Syntagmate Juris*, lib. XXV. cap. 3. *de Nundinis & Mercatibus* Frf. 1599. Lugd. 1606. fol.

Joannis Baptiſtæ Belli *Diatriba de Pharſalici conflictus Menſe & Die.* ex edit. Toloſana 1637. 8.

Petri Moreſtelli *Philomuſus, ſive de triplici anno Romanorum, Menſibus eorumque partibus, deque Die civili & diverſitate dierum libri quinque.*

— — *Alypius, ſive de Priſcorum Romanorum Feriis liber*, ex edit. Lugd. 1605. 4.

Julius

Julius Cæſar Bulengerus *de Tributis ac Vectigalibus Populi Romani.* ex edit. Toloſæ 1612. 8.

Vincentii Contareni *de Frumentaria Romanorum Largitione liber.* ex edit. Venet. 1609. 4.

Joannis Schefferi *Agrippa liberator, ſive Diſſertatio de novis Tabulis.* ex edit. Argentorat. 1645. 12.

Barnabas Briſſonius *de Ritu Nuptiarum & jure Connubiorum*, ex edit. Pariſ. 1607. 4. inter Varia opuſcula.

Antonii Hotomanni, J. C. *de Veteri ritu Nuptiarum obſervatio.*

— — *de Sponſalibus, de Veteri ritu Nuptiarum, & jure Matrimoniorum, item de Spuriis & Legitimatione.* Ex tomo primo Opp. Genev. 1599. fol.

Joannes Meurſius *de Luxu Romanorum*, ex edit. Hafnienſi 1631. 4. quæ auctior priore Hagæ com. 1605. 4.

Stanislai Kobierzykii *de Luxu Romanorum commentarius.* Ex edit. Lovan. 1628. 4.

Joachimi Joannis Maderi *de Coronis, Nuptiarum praeſertim, ſacris & profanis libellus.* ex edit. Helmſtad. 1662. 4.

Tomus IX.

Onuphrius Panvinius, Veronenſis de Ludis Circenſibus, libri II. cum notis *Joannis Argoli*, J. U. D. & additamento *Nicolai Pinelli*, J. C. ex edit. Patav. 1641. fol. Sine notis prodierant Antwerp. 1596. Venet. 1600. Pariſ. 1601.

Julius Caeſar Bulengerus, Juliodunenſis, Doctor Theologus de Circo Romano ludisque Circenſibus,. de venatione Circi & Amphitheatri, ac de theatro. ex edit. Pariſ. 1598. 8.

Onuphrii Panvinii Veronenſis de Ludis ſæcularibus liber, qui lucem viderat cum ejus faſtis Venet. 1558. fol. & Heidelb. 1588. fol.

Ageſilai Mariſcotti de perſonis & larvis, earumque apud Veteres uſu & origine ſyntagmation. ex editione Bononienſi 1610. 4. repetita Romæ 1639. 8. & in tomo ſecundo Miſcellaneorum Italicorum Gaudentii Roberti, Parmæ 1691. 4.

Marquardi Freberi Cecropiſtromachia, antiqua Duelli gladiatorii ſculptura in ſardonyche expoſita, ex edit. 1607. 4. cum notis *Henrici Genteri Thulemarii* J. U. D. & Antiqviſſimæ Heidelberg. Univerſitat. Profeſſoris Ordin.

Juſti Lipſii Saturnalium ſermonum libri duo, qui de Gladiatoribus. ex edit. auctiore Plantiniana 1585. 4. identidem deinde repetita.

Ejusdem de Amphitheatro liber, in quo forma ipſa loci expreſſa, & ratio ſpectandi, & de Amphitheatris quæ extra Romam libellus, in quo formæ eorum aliquot & typi. ex edit. Plantiniana 1584. repetita 1604. 1631. 4. &c.

Onu-

Onuphrii Panvinii de triumpho commentarius notis & figuris illuſtratus à *Joachimo Johanne Madero.* Ex edit. Helmſt. 1676. 4. Onufrii liber prodierat etiam Antw. 1596. & cum libris de ludis Circenſibus Venet. 1600. Pariſ. 1601. & Patavii 1642. fol.

Tomus X.

Nicolai Bergierii, de publicis & militaribus Imperii Romani viis libri V. ex Gallica in Latinam linguam translati * ab *Henrico Chriſtiano Henninio.* Gallice prodierant Pariſ. 1622. 4.

Henr. Chr. Henninii & *Jo. Baptiſtæ Bos* notæ ad Bergierium, nunc primum editæ.

Franciſci Patricii Res militaris Romana, ex Italica in latinam linguam verſa à *Ludolpho Neocoro.* Italice prodierat Ferrariæ 1583. 4. la Militia Romana di Polybio, di Tito Livio, e di Dionigi Alicarnaſſeo,

M 5. de-

* Memoires Hiſtoriques & Critiques A. 1722. Jan. p. 45. *C'eſt dommage que l'ouvrage de Mr. Bergier ait éte ſi mal traduit en Latin, & qu'on l'ait ainſi inſeré dans le grand recueil de Grevius.* Etiam Italice hoc opus verſum a viro doctiſſ. P. Bacchino Benedictino, lego in T. 6. Niceroni memoriarum Gallice editarum de Virorum doctorum vitis & ſcriptis p. 398. Nec Italice tantum ſed etiam Latine ut traditur in Novellis eruditorum Gallice editis Bruxellenſibus quæ Amſtelodami jam continuantur, A. 1729. num. 2. ubi novam Operis hujus editionem Gallicam, Bruxellenſem A. 1728. 4. referunt, quod fit etiam in Diario altero, Hiſt. literaire de l'Europe A. 1727. Sept. p. 94. Nec Italicam tamen nec Latinam Bachini translationem typis exſcriptam, hactenus comperi.

dechiarata e con varie figure illuſtrata, opus longe diverſum ab ejusdem Patricii parallelis militaribus, Italice itidem editis Rom. 1594. fol. & cujus nulla habita ratio in hoc theſauro.

Hygini Gromatici, & *Polybii* Megalopolitani de Caſtris Romanis, quæ extant, cum notis & animadverſionibus. *Ratbodi Hermanni Schelii.* ex edit. Amſtelod. 1660. 4.

Rathodi Hermann Schelii diſſertatio de Sacramentis.

— — de cuſtodia Caſtrorum.

— — de ſtipendio militari.

— — de ſtipendio Equeſtri.

— — de frumento & veſte.

— — de Tributo & ærario.

— — de præda.

— — de victu militum.

— — de Itinere.

— — de Agmine Polybiano.

— — de Agmine Veſpaſiani.

— — de telis legionum.

— — de Cohortibus Legionis antiquæ. Ex eadem editione ** Amſtelodamenſi.

Claudii Salmaſii de re militari Romanorum liber, opus poſtumum. ex edit. Lugd. Bat. 1657. 4.

Jo-

** *Utinam,* inquit Grævius, *duo tomi quos de artibus bellicis Romanorum Schelius paratos habebat, ut non diu ante mortem ſuam mihi Vir magnus affirmabat, lucem etiam adſpexiſſent.*

Johannis Henrici Boecleri diſſertatio de legione Romana. ex edit. Argentorat. 1677. 4. repetita in Bœcleri diſſ. junctim editis 1710. 4. T. 2. p. 541.

Franciſcus Robortellus Utinenſis I. de legionibus Romanorum ex Dionis libro LIV. II. de commodis, præmiis & donis militaribus. III. de pœnis militum & ignominiis. Ex ejus lib. 1. de vita & victu Populi Rom. Bononiæ 1559. fol.

Erycii Puteani de ſtipendio militari apud Romanos ſyntagma, quo modus ejus hactenus ignoratus conſtituitur. ex edit. Colonienſi 1620. 8.

Vincentii Contareni de militari Romanorum Stipendio commentarius. ex edit. Veneta 1609. 4.

Michael Angelus Cauſeus de la Chauſſe, Pariſienſis, de ſignis militaribus. ex ejus Muſeo Romano Rom. 1691. fol.

Petri Rami ſummi Philoſophi & Oratoris liber de militia Caji Julii Cæſaris. ex edit. Pariſ. 1559. 4.

Tomus XI.

Ezechielis Spanhemii Orbis Romanus, ſeu ad Conſtitutionem Imperatoris Antonini, de qua Ulpianus leg. XVII. Dig. de ſtatu hominum, Exercitationes duæ. Tunc primum editæ, ſed hædeinde altera parte auctiores ſeparatim recuſæ ſunt Lond. 1703. 4. & cum præf. erudita Jo. Gottlieb Heineccii Halæ Sax 1728. 4.

Faſti

Faſti magiſtratuum Romanorum ab Urbe condita ad tempora Veſpaſiani Auguſti, à *Stephano Vinando Pighio*, ſuppletis Capitolinis fragmentis. ex edit. Antw. 1599. Commentarios enim ampliſſimos Pighii qvos in edit. 1615. ibid. tribus Voluminibus in fol. Andreas Schottus addidit, Grævius omiſit.

Deſcriptio Conſulum, ex qvo primi ordinati ſunt, ſive integri Faſti Conſulares, quos *Idatianos* docti Viri hactenus appellarunt, opera & ſtudio *Philippi Labbe*. Ex ejus Bibliotheca nova MStorum librorum Pariſ. 1657. fol. Tomo I. ſtatim ſub init.

Tironis Proſperi Aquitani Chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam à Genſerico Wandalorum Rege. Ex eodem Labbei opere T. 1. p. 16.

Faſti Conſulares Anonymi, quos è codice Manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ depromſit, & diſſertatione illuſtravit *F. Henricus Noris*. Ad calcem libri de anno & epochis Syromacedonum edito Florentiæ 1689. & recuſo Lipſiæ 1696. 4.

Anonymus de Præfectis Urbi ex temporibus Gallieni. Ut & Fragmentum Faſtorum ab anno Chriſti 205. ad 353. ex editione *Ægidii Bucherii*. Ex ejus commentario ad Victorii Canonem Paſchalem, Antwerp. 1634. fol. p. 236. & 247.

Epiſtola Conſularis, in qua Collegia LXX. Conſulum ab anno Chriſtianæ Epochæ

XXIX.

XXIX. Imperii Tiberii Auguſti decimo quinto usque ad annum CCXXIX. Imperii Alexandri Severi octavum, in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta, corriguntur, ſupplentur, & illuſtrantur, auctore *F. Henrico Noris*, Veronenſ. Auguſtiniano. Ex edit. Bononienſi 1683. 4.

Sertorii Urſati Eq. de Notis Romanorum Commentarius. ex edit. Patav. 1672. fol.

Diſſertationes de Nummis Antiquis, diviſæ in quatuor Partes, Auctore *Ludovico Savoto*. Ex Gallica in Latinam Linguam nunc primum tranſtulit *Ludolphus Neocorus*. Gallice lucem viderant Pariſ. 1627. 4.

Alberti Rubenii Petri Pauli F. Diſſertatio de Gemma Tiberiana, & Auguſtea.

Ejusdem de Urbibus Neocoris Diatribe. De numo Auguſti qui inſcribitur *Aſia recepta*, & De Natali die Cæſaris Auguſti. Ex edit. Antw. 1665. 4. ad calcem librorum de re veſtiaria veterum, quos ſupra tomo VIII. Grævius redhibuit.

Marquardi Freheri, Conſiliarii Palatini, de re Monetaria veterum Romanorum, & hodierni apud Germanos Imperii, Libri duo ex edit. Lugd. 1605. 4.

Robertus Cenalis de vera Menſurarum Ponderumque ratione. ex edit. auctiore Pariſ. 1547. 8.

Lucæ Pæti, Juriſconſulti, de Menſuris & Ponderibus Romanis & Græcis, cum his,

his, quæ hodie Romæ ſunt, collatis, Libri qvinque. ex edit. Venet. 1573. fol.

Priſciani Cæſarienſis, *Rhemnii Fannii*, *Bedæ Angli*, *Voluſii Metiani*, *Balbi ad Celſum*, Libri de Numis, Ponderibus, Menſuris, Numeris, eorumque Notis, & de vetere computandi per digitos ratione, ab *Elia Vineto* Santone emendati ex edit. Venet. 1565. 8. repetita 1595. 8. ut & à *Jo. Friderico Gronovio*, ad calcem librorum de Seſtertiis, Daventr. 1643. 8. Amſt. 1656. 8. & Lugd. Bat. 1691. 4.

Alexandri Sardi, *Ferrarienſis* de Numis Liber, in quo priſca Græcorum & Romanorum pecunia ad noſtri æris rationem redigitur. ex edit. Francof. 1609. 8.

Tomus XII.

Vincentius Butius de calido, frigido, & temperato Antiquorum potu, & quo modo in deliciis uterentur. Ex edit. Rom. 1653.

Julius Cæſar Bulengerus de Conviviis libri quatuor. ex edit. Lugd. 1627. 8.

Erycii Puteani reliquiæ Convivii Priſci; tum ritus alii, & cenſuræ. ex edit. Mediolan. 1598.

Andreæ Baccii de Thermis veterum liber ſingularis qui eſt ſeptimus ejus operis de Thermis ex edit. Venet. 1571. fol. repetita ibid. 1588. Rom. 1622. & Venet. 1712. fol.

Franciſci Robortelli Laconici ſeu Sudationis, quæ

quæ adhuc viſitur in ruina Balnearum Piſanæ Urbis, explicatio. Ex edit A. 1548.

Franc. Mariæ Turrigii Notæ ad vetuſtiſſimam Urſi Togati, Ludi Pilæ vitreæ inventoris inſcriptionem. ex edit. Rom. 1630. 4.

Martini Lipenii Strenarum Civilium & Eccleſiaſticarum hiſtoria, a prima origine, per diverſas Regum, Conſulum, & Imperatorum Romanorum, nec non Epiſcoporum ætates, ad noſtra usque tempora. Ex edit. Lipſ. 1670. 1677. 4.

Marci Meibomii de Fabrica Triremium liber. ex edit. Amſt. 1671. 4.

Conſtantini Opelii ſive Joannis Schefferi de Fabrica Triremium Meibomiana Epiſtola perbrevis ad Amicum. ex edit. quæ pro loco impreſſionis refert Elevtheropolin 1672. 4.

Iſaaci Voſſii de Triremium & Liburnicarum conſtructione, diſſertatio. Ex ejus Variis Obſervationibus p. 95. ſqq. Lond. 1685. 4.

Jacobi Philippi Thomaſini de Donariis ac Tabellis Votivis liber ſingularis. Ex edit. Utinenſi 1639. 4.

Vincentii Alſarii à Cruce Genuenſis de Invidia & Faſcino veterum, libellus, ad Rob. Titium. Ex edit. quæ publici juris facta eſt Lucæ 1595. 4.

Joannis Schefferi de Antiquorum Torqvibus ſyntagma. Ex edit. Holm. 1656. 8. Hæc deinde poſt editum pridem Grævii theſaurum eſt recuſa cum notis Joannis Nicolai, Hamb, 1707. 8.

Mi-

Michaelis Angeli Cauſei de la Chauſſe diſſertationes tres:

I. De Vaſis, Bullis, Armillis, Fibulis, Annulis, Clavibus, Teſſeris, Stylis, Strigilibu Guttis, Phialis Lacrymatoriis, & de Manibus æneis vota referentibus.

II. De Mutini Simulacris.

III. De Æneis Antiquorum Lucernis. Ex Muſeo ejus Romano, Rom. 1691. fol.

Octavii Ferrarii Diſſertatio de veterum Lucernis ſepulchralibus. ex edit. Patav. 1686. 4.

Picturæ antiquæ ſepulcri Naſoniorum in via Flaminia: delineatæ & æri inciſæ à *Petro Sancto Bartolo*: explicatæ vero & illuſtratæ a *Johanno Petro Bellorio*: ex Italica lingua in Latinam vertit *Ludolphus Neocorus*. Italice lucem viderant Romæ 1691. fol.

Jacobi Gutherii de Jure Manium, ſeu de ritu, more, & legibus priſci Funeris, Libri tres. ex edit. Pariſ. 1615. 4.

— — Choartius Major, vel de Orbitate toleranda, ad Annam Robertum J. C. Præfatio, ibid.

Petri Moreſtelli Pompa feralis, ſive Juſta funebria Veterum, libri decem. ex edit. Pariſ. 1621. 8.

X. No-

X. Novus THESAURUS ANTIQUITATUM ROMANARUM congeſtus ab ALBERTO HENRICO de SALLENGRE, Sereniſſimæ Principis Arauſionenſis Conſiliario. Hagæ Comitis apud Henricum du Sauzet 1716. fol.

Tomus I.

Julii Minutoli Cæleſtinorum Abbatis, S. Theol. L. Sacror. Canonum & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Profeſſoris Diſſertationes 1) de Urbis Romæ Origine & Fundatione. 2) incrementis & caſu, 3) Topographia. 4) De Romanorum domibus. 5) Templis, 6) Sepulchris & 7) de Romanorum Ædificiis Judicialibus. Ex edit. Romana 1689. 8. Acta Eruditor. Tom. 2. ſupplementi p. 565.

Lucii Fauni de Antiquitatibus Urbis Romæ libri V. ex Italico Latine verſi curante Michaele Tramezino, qui eos Alexandro Farneſio dedicavit, edidirque Venet. 1549. Italice A. 1548. lucem vidiſſe ex Catalogo inſtructiſſ. Bibl. Barberinæ didici.

Joſephi Mariæ Suareſii, Epiſcopi Vaſionenſis de foraminibus lapidum in priſcis ædificiis diatriba, ex edit. Lugd. 1652.

Andreæ Alciati, JCti de Magiſtratibus Civilibusque & Militaribus Officiis Romanorum Diſſertatio, ex edit. A. 1528

Laurentii Jouberti Monſpelienſis Medici de Gymnaſiis & generibus Exercitationum

N apud

apud antiquos celebriorum liber ; una cum altero de Balneis Antiqvorum tum Græcorum tum Romanorum, editus au-ctore in aula Henrici III. Regis Galliæ oc-cupato, à fratre Franciſco Jouberto JCto, Lugd. 1581.

Henrici Noris de duobus Numis Diocletiani & Licinii diſſertatio duplex cum parergo Chronologico de Votis Decennalibus Imperatorum atque Cæſarum. ex edit. Patav. 1685. fol.

Poggii Florentini de Fortunæ Varietate Urbis Romæ, & de ruina ejusd., Deſcriptio ex edit. Argentinenſi Operum Poggii 1513. f. Longe auctius deinde hoc opus Nicolao V. dicatum publici juris factum eſt à Jo. Oliva, Rhodigino ex Cod. Ottoboniano quatuor libris conſtans Pariſiis 1723. 4. una cum LVII. Pogii Epiſtolis. Pariſienſem editionem ex MS. Codice Barnſtpfiano emendat V. C. Chriſtoph. Auguſtus Heumannus in Actis Erud. A. 1725. p. 223. & in Poecile Tom. 2. lib. 1. p. 95. 101. 105.

Felicis Contelorii, Protonotarii Apoſtolici de Præfecto Urbis liber, ex edit. Romana 1631. 4.

Marmoris Patavini inſcripti obſcuri Interpretatio triplici Commentario *Thomæ Reineſii*, *Fortunii Liceti* & *Lucæ Holſtenii*, cum Mantiſſa pro Antiquariis Patavinis ex edit. quam Pariſiis 1667. 4. curavit e mu-

ſeo

ſeo Reineſii dignus diſcipulus ejus Frid. Brummerus.

Delineatio Dianæ Arelatenſis à *Franciſco de Rebatu*, Conſiliario Regio & ejusd. Civitatis Sedis Decano, nunc primum e Gallico idiomate in Latinum verſa. Gallice lucem viderat Atrebate A. 1659.

Geminæ Matris Sacrorum titulus ſepulchralis explicatus, verus exequiarum ritus una detectus à *Jo. Jacobo Chiffletio*. Philippi IV. Hiſpan. Regis Medico a Cubiculis. Ex edit. Bruxellenſi 1634. 4.

Henrici Thomæ Chifletii Jo. Jacobi F. diſſertatio de Othonibus æreis.

Claudii Chifletii Laurentii F. Dolanæ Academiæ Anteceſſoris de antiquo numiſmate liber poſtumus cum ſuperiore diſſ. excuſus Bruxell. 1628. & editione altera correctiore quam Sallengrius ſecutus eſt Antwerp. 1656. 4.

Georgii Grenii Holſati, qui deinde Electori Sax. Joanni Georgio III. a ſacris fuit, de Ruſticatione Romanorum Commentariolus.

Ejusdem de antiquarum Villarum apud eosdem ſtructura: ex edit. Lipſienſi 1667. 12.

Aldi Manutii Pauli F. Aldi N. Diſſertationes Epiſtolicæ 1) de Reatina Urbe, agroque, Sabinaque Gente. 2) de Aquis in Urbem Romam olim influentibus. 3) De ratione intercalandi. 4) De accumbendi & comedendi ratione, 5) de Convivio tem-

peſtivo & intempeſtivo. 6) De auſpiciis. 7) De trabea. 8) De ſubſelliis. 9) De ſigno & ſtatua. 10.) De parma, clypeo, ſcuto, pelta, ancile. 11) De primipilo. 12) De Drachmis & 13) De Seſtertiis. Ex Quæſitis ejus per Epiſtolam, luci datis Venet. 1577. 8. ac poſtea recuſis in tomo quarto theſauri Critici Gruteriani.

Paulli Jovii de Romanis piſcibus libellus, ex edit. Romana 1554. fol. Scriptus liber A. 1524. & dicatus Lud. Farneſio Cardinali.

Joannis Baptiſtæ Donii Patritii Florentini de reſtituenda ſalubritate Agri Romani, opus poſtumum ex edit. Florent. 1667. 4.

Gaillardi Guirani explicatio duorum vetuſtorum Numiſmatum Nemauſenſium æreorum, ex edit. ſecunda auctiore Arauſionenſi 1657. 4.

Jacobi Graſſeri Baſileenſis de Antiquitatibus Nemauſenſibus Diſſertatio ex edit. Pariſ. 1607. 8.

Chriſtiani Wilhelmi Eybenii diſſertatio de ordine Equeſtri veterum Romanorum, ex Analectis Patris magnam partem repetita atque cum ejus ſcriptis vulgata Argentorati 1684. fol.

Joannis Servilii de mirandis Antiquorum Operibus, Opibus & veteris ævi rebus pace belloqve magnifice geſtis libri III. ex edit. Lubecenſi 1600. 4.

Phi-

Philippi Ludovici Hannekenii D. & Prof. Orator. poſtea Theologi inclyti de cura domeſtica Romanorum diſſertationes quatuor ex edit. Gieſſæ 1669. 4.

TOM. II.

Andreæ Cirino, Clerici Regularis Meſſanenſis Antiqvarum Lectionum de Urbe Roma ejusque Rege Romulo liber ſingularis, ex edit. Panormitana 1665. fol.

Claudii Salmaſii de Secretariis diſſertatio nunc primum edita, & a Clariſſ. Oudino Divione ad Sallengrium transmiſſa ex Bibliotheca Nobiliſſimi JCti Jacobi Auguſti de Chevanes.

Octavii Ferrarii de Pantominis & Mimis Diſſertatio in Patavino Lyceo publice olim recitata, ex edit. V. C. Jacobi Facciolati qui eam D. Joannis Fabricio, Theologo Helmſtadienſi dedicavit Patav. 1714. Guelpherbyti, 8.

Nicolai Calliachii qui Ferrario ſucceſſit & A. 1702. æt. 72. * diem obiit, de ludis ſcenicis Mimorum & Pantomimorum, ſyntagma poſtumum, quod Marcus Antonius Madero Venetæ Divi Marci Bibliothecæ curator publici juris fecit Patavii 1713. 4.

Jo. Antonii Aſtorii Epiſtola de Deo Brontonte quem Brontontem ſive Tonantem inter-

N 3 pre-

* Nic. Comnenus Papadopoli p. 383. hiſt. Gymnaſii Patavini.

pretatur, ad eruditiſſ. Virum Apoſtolum Zemium, data Venet. 1698.

Ejusdem Commentariolum V. C. Antonio Magliabechio dedicatum in antiqvum *Alcmanis* Poëtæ Laconis monumentum allatum e Græcia, ex edit. Veneta 1697.

Jacobi Andreæ Cruſii de nocte & nocturnis officiis apud Veteres, commentatio, ex editione Bremenſi auctiore 1660. 12. Prior A. 1652. lucem viderat ſub titulo: Disquiſitio de nocte ejusque diviſione, commodis & incommodis nocturnis.

Petri Bertii Geographi & Profeſſoris Regii de aggeribus & pontibus hactenus ad mare exſtructis digeſtum novum ad Ludovicum XIII. Galliæ Regem. Pariſ. A. 1629. qui auctori emortualis fuit.

Raphaelis Sopranis vitæ ſcriptorum Ligurum. Genuæ 1667. 4. ſcrittori della Liguria.

Michaelis Juſtiniani elenchus ſcriptorum Ligurum. Rom. 1667. 4. à littera A ad G. & parte II. à littera H. ad Z. Italice, degli ſcrittori Liguri.

Auguſtini Oldoini S.I. Athenæum Liguſticum, ſeu ſyllabus ſcriptorum Ligurum. Peruſiæ 1680. 4. in quo Genuenſes refert p 587. ſeq.

Uberti Folietæ clarorum Ligurum elogia A. 1580. & T. 1 theſ.Italiæ Græv. p. 484.

Caſparis Cechinelli Montis Flaſconis Epiſcopi brevis relatio Virorum illuſtrium *Sarzanæ*

næ aliorumque locorum Orientalis oræ Liguſticæ, quam MStam vidit Mich. Juſtinianus.

De eruditis viris LOMBARDIÆ.

Andreæ Rovette de Brixia Bibliotheca Chronologica illuſtrium Virorum Provinciæ Lombardiæ, Ord. Præd. Bononiæ 1691. fol. Journal des Savans 1693. pag. 15. Acta Erud. 1691. p. 331.

Laudantur ab hoc Rovettio Jacobus de Suſato, Ambroſius Tagius, Joannes Michael Plodius & cujus Catalogo MS. ſcriptorum Provinciæ Lombardiæ uſum ſe non diffitetur, Vincentius Maria Rivalius.

De LUCENSIBUS.

Cæſaris Franciotti le vite de' Santi Lucchesi.

Hiacynthi Vincioli Epiſtola de XII. doctis Lucenſibus viris congregationis Matris Dei. Venet. 1725. 8. T. XXXVII. Diarii eruditorum Italiæ, artic. 10. p. 273.

Alexandri Pompeji Berti ex clericis Regularibus Matris Dei, Memorie degli Scrittori e Letterati Lucchesi. id. T. 27. p. 439.

De MEDIOLANENSIBUS, præter *Salvatorem Vitalem* in theatro triumphali Mediolanenſis Urbis.

Philippi Picinelli athenæum eruditorum Mediolanenſium: teatro, o vero Ateneo de' letterati Milaneſi. Mediolani 1670. 4.

Paulus Morigia in libro, la nobiltà di Milano.

Franciſci Bernardini Ferrarii Athenæ Mediolanenſes Teiſſerio memoratæ lucem nunquam viderunt uti nec *Joannis Pauli Mazzucchelli* l' Ateneo degli uomini letterati Milaneſi. MS. Giornale de' letterati d'Italia T. 20. p. 415.

De Medicis Mediolanenſis Collegii, *Jo. Baptiſta Sylvaticus*. Mediolan. 1607. 4.

Erycius Puteanus de Rhetoribus & ſcholis Palatinis Mediolanenſium diſſ. Mediolani 1603. 8. & de Bibliotheca Ambroſiana. ib. 1606. 8. *Jo. Petrus Puricellus* in Ambroſianæ deſcriptione de qua ſupra p. 91.

De MELITENSIBUS.

Commendator Abela in Melita illuſtrata lib IV. notitia quarta p. 443. ſqq. T. 15. theſauri Siculi.

De MONTIS FERRATENSIBUS.

Andreas Roſſotus. vide infra in Pedemontanis.

De NEAPOLITANIS.

Bartholomaus Chioccarellus de illuſtribus regni Neapolitani ſcriptoribus.

Nicolai Toppii Bibliotheca Neapolitana. Neapoli 1678. fol.

Leonardi Nicodemi additiones quantivis pretii ad Toppium, editæ in eadem urbe 1683. fol.

Alienus eſt ab hoc loco liber Petri Laſenæ Neapolitani (qui A.C. 1636. æt. 46. diem obiit) dell' antico Ginnaſio Napolitano.

Rom.

Rom. 1641. & in Napoli 1691. 4. (*Journal des Sav. 1692. p 537.*) In hoc libro enim non de ſtudiis literarum nec de eruditis Neapolitanis Laſena diſſerit, ſed de ludis & ſpectaculis, gladiatorumque concertationibus, quibus Gymnaſium Neapolitanum olim ſpectatorum frequentiam attrahere, populique oculos paſcere conſvevit.

De NETINIS.

Vincentius Littara libro de rebus Netinis ſecundo Panormi 1593. & in theſauro Siciliæ tomo XII. Lugd. Bat. 1724. fol.

De NICIENSIBUS *Andreas Roſſotus*, vide infra in Pedemontanis.

De NOLANIS,

Ambroſius Leo in Antiquitatibus Nolanis lib. 3. c. 5.

De NOVARIENSIBUS.

Muſeum Novarienſe *Lazari Auguſtini Cottæ*. Galleria di Minerva T. 2. pag. 394. Acta Erud. 1706. p. 68. Giornale de' letterati d' Italia T. X. p. 230.

De PANORMITANIS *Franciſcus Baronius* libro tertio de Majeſtate Panormitana, vide ſupra p. 158.

Vincentii Auriae teatro degli huomini letterati di Palermo 4.

Antonini Mongitoris, Palermo ſanctificato, vide Acta Erudit. T. 6. ſupplem. p. 499. Plura infra, de Siculis.

De PARMENSIBUS *Ranutius Picus*, Italice 1642. 4. vide Philippi Labbei Bibliothecam Bibliothecarum.

De PATAVINIS.

Angelus Portenarius libro ſeptimo operis cui titulus; della felicita di Padova libri nove, nelli quali ſi commemorano li cittadini ſuoi illuſtri per ſantita; prelature, lettere, armi e Magiſtrature. Patav. 1623. fol. Giornale de' letterati d' Italia Tom. X. p. 294.

Antonii Riccoboni de Gymnaſio Patavino libri *VI.* Patav. 1598. 4. *Bernardini Scardeonii* de claris civibus Patavinis libri III. cum appendice de ſepulchris inſignibus exterorum Patavii ſitorum. Venet. 1558. Baſil. 1560. fol.

Caroli Patini Lyceum Patavinum, pars prior Theologos, Philoſophos & Medicos complectens, Patavii 1686. 4. cum iconibus: pars poſterior de Philoſophis & humaniorum litterarum doctoribus nunquam vidit lucem; ſicut nec *Joannis Cavacii* ord. Benedict. liber quo elogia quædam illuſtrium Patavinorum complexus fuiſſe dicitur.

Jacobi Philippi Thomaſini de Gymnaſio Patavino liber; Utini 1654. 4. Ejusdem elogia. Patav. 1644. 1650. 4. 2. volum. cum iconibus; Bibliothecæ Patavinæ *MS*tæ publicæ & privatæ ibid. 1650. vita T. Livii Patavini. Utini 1630. 4. & Amſt. 1670. 12. cum excerptis de Livio ex monumentis Patavinis *Sertorii Urſati.* Ejusdem Thomaſini de Bibliotheca & Muſeo Pignorii Patavini, Venet. 1632. 4. Amſt. 1668. 4.

Nic. Comnenus Papadopoli in Hiſtoria Gymna-

naſii Patavini. Venet. 1726. fol. 2. volum. Giornale de' letterati Italia T. 37. p. 522.

Modeſtus Polentus de ſepulchris virorum illuſtrium quæ Patavii viſuntur, dubito an editus. lib 2. p. 237. Inſcriptiones Patavinæ. *Jac. Philippi Thomaſini*. Patav. 1649. 4.

Deſiderii Lignaminei Ord. præd. 1561. fol.

Jacobus Salomonius Cretenſis in inſcript. ſacris & profanis urbis Patavinæ, agrique Patavini. patav. 1696. 1701. 1708. 4. Act. Er. 1702. p. 82. & T. 3.

De PEDEMONTANIS ſive *Subalpinis*, *Sabaudis*, & *Nicienſibus*.

Franciſcus Auguſtini ab Eccleſia (Monſignor Chieſa) Catalogus ſcriptorum Pedemontanorum & Sabaudiæ, Italica lingua editus Auguſtæ Taurinorum 1616. 4.

Andreæ Roſſoti Monachi Ciſtercienſis ſyllabus ſcriptorum Pedemontanorum, ubi etiam de *Sabaudis*, *Monferratenſibus* atque eruditis Comitatus *Nicienſis*. Monteregali 1670. 4. Giornale de' letterati di Roma A. 1670. p. 159.

Auguſti Biſchareti Catalogus ſcriptorum ſubalpinorum, Labbeo memoratus.

De PERUSINIS.

Caeſaris Alexii elogiorum Peruſinorum Centuria I. & II. Fulginiæ 1635. 12. atque inedita Centuria tertia.

Alexandri Baleſtrini Gymnaſium Peruſinum, *Caeſar Criſpoltus* in Peruſia Auguſta.

Marcus Antonius Bonciarius de illuſtribus per annos quadringentos litterarum & armorum laude Peruſinis.

Auguſtini Oldoini S.I. Athenæum Auguſtum in quo Peruſinorum ſcripta exponuntur. Peruſiæ 1678. 4. Ab eodem laudatur *Fulvii Mariotelli* & *Hieronymi Columbi* Catalogus Epiſcoporum Peruſinorum: nec non *Jo. Baptiſtae Lauri* Chronicon Peruſinum, *Pompeji Pellini*, ac *Felicis Ciatti* Hiſtoria Peruſina.

De PLATIENSIBUS.

J. Paulus Chiaranda S.I. in Platia Nobili, c.3. T.12. theſauri Siciliæ p. 164. ſqq. Latine interprete Jo. Laurentio Mosheim ex Italico, Meſſanæ 1654. 4.

De RAVENNATENSIBUS.

Serafino Paſolino, uomini illuſtri di Ravenna antica. Bononiæ 1703. fol. Giornale de' letterati d'Italia T. X. p. 293.

Thomae Tomaſi (Tomæi) pars quarta Hiſtoriæ Ravennatenſis, Italica lingua editæ Ravennæ 1580. 4. ubi de viris eruditis illius Civitatis.

De REGIENSIBUS.

Joannes Guaſcus, la Storia letteraria dell' Academia di Reggio, Regii 1711. 4. Acta Erud. T. 6. ſupplementi p. 529. Giornale de' letterati d'Italia T. 13. p. 280.

De ROMANIS.

Lud. Jacobi à S. Carolo Bibliotheca Pontificia.

Floravantis Martinelli Roma ex Ethnica ſacra.

Jo.

Jo. Ciampini de abbreviatoribus de Parco majori. Rom. 1691. fol.

Leonis Allatii apes urbanæ.

Caroli Cartharii Athenæum Romanum.

Proſperi Mandoſii, Nobilis Romani Bibliotheca Romana, ſeu Romanorum ſcriptorum Centuriæ decem Rom. 1682. 1692. 4.

Auguſtini Oldoini, *S.* I. Athenæum Romanum, Peruſiæ 1676. 4.

Joſephi Antonii Petrignani, *S.* I. vite de' convittori di ſeminario Romano, Napoli 1722. 12. duo *V*olumina (Giornale de' letterati d'Italia T. 34. p. 438.)

Chriſtophorus Hurandus de ſcriptoribus Vaticanis pars I. de viris doctrina & ſcriptis illuſtribus qui ex clero Vaticanæ Baſilicæ prodierunt. 2. qui de eadem baſilica rebusque ad eam pertinentibus pertractavere. Proſpero Mandoſio in Bibl. Romana memoratus T. 2. p. 269. ſq.

Onufrii Panvinii de Bibl. Vaticanæ initiis Bibliothecariorum & cuſtodum Catalogus cum Jo. Baptiſtæ Cardonæ Epiſcopi Dertoſani conſilio de Bibliotheca Eſcurialenſi, diſſ. de diptychis & expungendis hæreticorum nominibus prodiit Tarracone 1587. 4.

De *S*ABAUDIS.

Præter *Andream Roſſottum* & *Franciſcum Auguſtinum ab Eccleſia*, de quibus ſupra in Pedemontio.

Samuel Guichenonius in ſua Hiſtoria Genealogi-

logica Principum Sabaudiæ, Gallice edita Lugd. 1660. fol. hiſtoricos Sabaudicarum rerum recenſet.

De SALENTINIS.

Dominici de Angelis vite de' letterati Salentini. Napoli 1710. & 1713. 4. duobus volum. vide Diarium eruditorum Italiæ T. 13. p. 263. & T. 20. p. 175. ſqq.

De SALERNITANIS.

Antonius Mazza in Urbis Salernitanæ hiſtoria & antiquitatibus, cap. IX.

De SANGEMINIANENSIBUS.

Joannis Vincentii Coppi, annali & uomini inſigni di San Gimignano. Firenze 1695. 4. vide Diarium eruditorum Italiæ. T. 26. pag. 385.

SARZANÆ.

vide ſupra in Liguribus.

De SAVONENSIBUS.

Præter eos quos ſupra in Liguribus laudavi, *Joannis Vincentii* Verzellini opus ineditum, hiſtoria di Savona & degli uomini illuſtri di eſſa. Laudat Labbeus.

De SAXOFERRATENSIBUS.

Torquati Pe otti, Epiſcopi Amerini vitæ & elogia clarorum Saxoferratenſium qui litterarum vel armorum gloria apud Pontifices aliosque enituerunt. Laudat Leo Allatius in apibus Urbanis.

De SENENSIBUS.

Iſidori Ugriogieri le pompe Seneſi delli huomini e donne illuſtri di Siena. Piſtorii 1649. 4. i faſti Seneſi di medeſimo. De

Carolus Neapolis Nobilis Panormitanus ad faſtos Ovidii l. VI. pag. 271. Antwerp. 1639. fol. *Dabimus ante biennium, ſi Deus volet, Bibliothecam Siculam, ut mireris quos viros ea tellus emiſerit, imo ut lugeas quas gemmas orbis amiſerit.* Sed nunquam lucem vidit, uti nec Opera affecta atq; inedita *Petri Carrera,* de ſcriptoribus Siculis, (il Sicilianiſmo:) *Antonii Agraz*, nobilis Panormitani Muſeum Siculum de veteribus Siciliæ ſcriptoribus; *Aloyſii la Farina* Equitis Panormitani de ſcriptoribus Siculis ab Orbe condito, *Silveſtri Maurolyci* de viris illuſtribus, ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ſanctisque Siculis, *Caroli Antonii Converſani* ætherea Leontinorum gloria.

Hubertus Goltzius ad calcem hiſtoriæ Siculæ e numis illuſtratæ.

Antonini Mongitorii, * Panormitani ſacerdotis *Bibliotheca Sicula*, ſive de ſcriptoribus Siculis antiquis ac recentibus & eorum ſcriptis, ordine litterarum. Panormi 1707. 1714. fol. 2. Volum. In appendice ad calcem Tomi II. p. 48. meminit etiam alterius ſuæ lucubrationis cui titulus: *Muſeo Palermitano*, in cui ſi contengono gli elogi de' pontefici, Cardinali, Patriarchi, Arciveſcovi Veſcovi, inquiſitori e Generali di Religioni, Palermitani 4.

Ej.

* Act. Er. 1708. p. 537. & T. 6. ſupplem. p. 497. Journal des Savans 1709. Maj. p. 420. Giornale de' letterati d' Italia T. 6. p. 516. T. 13. p. 225. T. 24. p. 412. Hiſtory of the works of the learned 1709. p. 411.

Ejuſd. Palermo divoto di Maria Vergine in tomo ſecundo, Centuria * degli ſcrittori Palermitani chi anno ſcritte le glorię di Maria in Palermo 1720. 4.

De *Panormitanis* Franciſcus Baronius ac Manfredis de Panormitana Majeſtate lll. 3. ſq. T. 13. theſauri Siciliæ.

Hieronymi Raguſa ** Motucenſis, S. I. elogia Siculorum qui veteri memoria litteris floruere usque ad exceſſum Ferdinandi Catholici, digeſta ordine litterarum Lugd. 1690 12. & T. XIV. theſauri Siciliæ: atque auctiora longe ſub titulo: Bibliotheca vetus Siciliæ. Rom. 1702. 4. Ejusdem Bibliotheca Sicula recentioris ætatis ſcriptorum ab A. C. 1500. ad 1700. quindecim centurias complectens ordine alphabetico duobus Voluminibus in 4. promittitur in diario eruditorum Italiæ T. 13. p. 475. adde T. 35. p. 452.

Joannis Baptiſtae Caruſii Bibliotheca hiſtorica regni Siciliæ ſ. hiſtoriçorum qui à Saracenorum invaſione usq; ad Arragonenſium Principatum res Siculas monumentis illuſtrarunt. Panormi 1723. fol. 2. vol. Giornale d'Italia T. 29. p. 396. T. 35. p. 479. ſupra p. 73. ſeq. Elogium hujus Caruſii T. 37. p. 339. ſq.

Vin-

* T. 37. p. 484.

** Memoires de Trevoux A. 1702. edit. Amſt. menſe Auguſto p. 251. Mongitor T. 1. p. 284. & 286. ubi notat auctori placuiſſe, Siciliæ Bibl. veterem edere ſub nomine ſororis filii *Hieronymi Renda Raguſa*.

Vincentii Auriae Panormitani qui A. 1723. diem obiit, Sicilia inventrice cum obſervationibus Antonii Mongitorii, Panormi 1704. 4. Acta Erud. 1707. pag. 465. Ejusdem Teatro degli uomini letterati di Palermo Ms. memorat Mongitor in Auriæ vita apud Creſcimbenium in vitis Arcadum illuſtrium T. 3. p. 113. & 125.

Philadelphi Mugnos Leontini, il nuovo Laërtio, dove ſi leggono le vite de' filoſofi, poeti, Oratori, Legiſti, Hiſtorici & altre famoſe perſone parte 1. Panormi 1654. 4. pars ſecunda inter inedita memoratur à Mongitore T. 2. Bibl. Siculæ p. 164. qui Apocryphis & commentitiis ſcriptis uſum, exiguaque fide dignum eſſe monet tom. 1. p. 85. Nonnullas novi hujus Laertii hallucinationes detexit *Vincentius Auria* Panormitanus in libro cui titulus: la verità hiſtorica ſuelata, overo avvertimenti e correzioni al nuovo Laërzio &c. Panormi 1702. 4.

Joannis Vigintimilii * Meſſanenſis liber de poëtis Siculis Bucolicis, de' poeti Siciliani libro primo, Neapoli 1663. 4. & tabula poëtarum Siculorum quam in eodem libro edidit, de ſingulis dicturus niſi morte impeditus fuiſſet. De Lyricis quidem libro ſecundo, tertio de heroicis, quos ambos ineditos

* Bibl. Aproſiana p. 431.

De TARVISINIS ſive TARVISENSIBUS.

Bartholomæi Burchellati Catalogus ſcriptorum Tarviſinorum.

Hieronymus Bologni in tomo ſecundo ſupplementi Italice editi ad Diarium eruditorum Italiæ, articulo ſecundo.

De VENETIS.

Jacobi Alberici Bergomatis catalogo breve degl' illuſtri e famoſi ſcrittori Venetiani, Bononiæ 1605. 4.

Auguſtini Superbi triumphus illuſtrium Venetorum. Venet. 1629. 4.

Nicolai Craſſi Patritiorum Venetorum elogia. Veronæ 1612. 4. Ejusd. Vita Andreæ Mauroceni (cui Hiſtoriam Venetam debemus) Venet. 1621.

Hieronymus Bardus Florentinus in opere duos diviſo in libros editoque Venet. 1587. 8. delle coſe notabili della Citta di Venetia.

Antonii Stellæ vita Bernardi Juſtiniani, Patricii Veneti & Hiſtorici. Venet. 1552. Ejusd. elogia Venetorum navali pugna illuſtrium. Venet. 1558. 8.

Opus promiſſum *Petri Angeli Zeni*, nec

non *Apoſtoli Zeni*, viri eruditiſſimi. Ejusdem ſerie chronologica di tutti gli iſtorici Veneziani * che per ordine publico ſcriſſero i fati di Venezia, con riffleſſioni particolari. In Muſeo Minervæ Venetæ T. I. p. 165. 168.

Ioannis Cinelli ineditum opus, cujus jam ſpem fecit in Bibl. volante, parte IV. p. 80.

De Cardinalibus Venetis, Muſeum Minervæ Venetæ. T. 2. p. 102. ſqq.

De VERONENSIBUS.

Franciſcus Titius libro de Veronæ nobilitate.

Torellus Sarayna opere de origine & amplitudine Civitatis Veronæ de Principibus, Viris illuſtribus, Monumentis antiquis, urbis & agri Veronenſis ac de interpretatione litterarum antiquarum. Veronæ 1540. fol. & T. IX. theſauri Italiæ parte 7.

Onufrius Panvinius Auguſtinianus in Antiqui-

* Scriptores illi qui juſſu ſummi Senatus, Venetorum hiſtoriam condiderunt, ſunt M. Antonius Sabellicus, Petrus Bembus, paulus Paruta, Andreas Moroſinus, Baptiſta Nanus, Mich. Foſcarinus & Petrus Garzonus. Hi eodem Apoſtolo Zeno curante luculenter & emendate cum inſignibus prolegomenis recuſi ſunt Venetiis 1719. ſqq. 1722. decem in quarto Voluminibus, excepto Garzono cujus prior pars A. 1705, & altera 1716. 4. lucem vidit.

tiquitatibus Veronenſibus (quarum octo libri prodiere Veronæ 1647. fol.) libro ſexto. Ejusdem de urbis Veronæ viris doctrina & bellica virtute illuſtribus opuſculum, Veronæ 1621. 4.

Alexandri Becelli indiculus ſcriptorum Veronenſium. *Franciſci Polæ* JCti muſeum, ex quo elogia quædam refert Chioccus.

Andreæ Chiocci de Collegii Veronenſis Medicis. Veronæ 1623. 4. & T. IX. theſauri Italiæ parte 8.

Iulii a Puteo Collegii Veronenſis Iudicum, Advocatorum, doctrina, natalibus, honoribusque inſignium elogia. Veronæ 1653. fol.

Octavii Alecchi Veronenſis opus elaboratius de ſcriptoribus Veronenſibus promittitur in Diario eruditorum Italiæ T. 9. p. 118. ſq. A. 1712.

De VICENTINIS.

Jacobus Marzarus libro ſecundo hiſtoriæ Vicentinæ, Italice editæ 1604. 4. Hiſtoria di Vicenza &c.

Barnabæ Celſani de viris illuſtribus Vicentinis.

Joannes Baptiſta Pajarinus Hiſtoriæ Vicentinæ libro quarto, qui eſt de Civitatis illius

lius viris claris ſive eruditione ſive armorum gloria.

De ſcriptoribus UMBRIÆ.

Ludovici Jacobilli Bibliotheca Umbriæ, de Scriptoribus, & Sanctis & Beatis: Fulgineæ 1658. 4. Giornale de' letterati d' Italia T. 19. p. 362.

Ejuſdem Chronologia Epiſcoporum Nucerinorum.

De VOLSCIS.

Antonii Ricchi teatro degli nomini illuſtri nel regno de' Volſci nel Latio. Rom. 1721. 4. Giornale de' letterati d'Italia T. 34. p. 501.

FINIS.

Peplus Italiæ.

Jo. Matthæi Toscani

OPUS

In qvo illuſtres viri Grammatici, Oratores, Hiſtorici, Poëtæ, Mathematici, Philoſophi, Medici, Juriſconſulti (qvotqvot trecentis ab hinc annis tota Italia floruerunt) eorumqve patriæ, profesſiones, & litterarum monumenta tum carmine tum ſoluta oratione recenſentur.

Ad ANTONIUM EBRARDUM SANSVPLICIANUM *Epiſcopum & Comitem Cadurcenſum.*

LUTETIÆ
Ex Officina Federici Morelli, Typographi Regii, in vico Jacobæo, ad inſigne Fontis 1578.
CUM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Ad ANTONIUM EBRARDUM SANSUPLICIANUM, Epiſcopum & Comitem Cadurcenſem.

QVod à *me ſuperioribus annis factum eſt, ut illuſtrium Poetarum Italorum carmina duplici volumine diſtincta publicarem, id non à ſtudio ſolum manavit de iis præclaris viris benemerendi, quibus cum natale ſolum mihi commune eſt, verum ab eo etiam conſilio, ut alii noſtro excitati exemplo provinciales ſuos pari beneficio proſequerentur. Quæ profectò ſpes me ad Italorum quoque litteratorum Elogia nunc impulit emittenda. Neque illud tamen ignoro, Galliam & Germaniam haud minus uberem ad ſcribendum ſegetem mihi ſuppeditare potuiſſe, quam noſtram Italiam. Sed eam quoque provinciam ſuſcipienti illud princommode caderet, quod cum externos ſcriptores non perinde notos habeam, ac noſtrates, majore illi, quos neceſſario prætermitterem, injuria, quam ii, quorum meminiſſem, honore afficerentur. Hæc igitur illos cura maneat, qui id oneris ſuſtinere commodius poterunt. Tibi interim, Ampliſſime Antiſtes, hic libellus erit pro arrabone earum lucubrationum, quas graviore ſtudio elaboratas ſub tuo nomine aliquando in lucem prodituras non deſpero. Tibi enim, cujus ſanctimonia & erudito bonorum omnium animos ad ſummam ſui rapiunt admirationem, ingenii mei qualeſcumque fœtus in poſterum commendare decrevi: cum nullius ſub patrocinio tutius poſſint deliteſcere, quam ejus, qui me incredibili humanitate haud ſane merentem ultro in ſuam ſuſceperit clientelam. Lutetiæ, KAL. JUNIIS, M.D.LXXVIII. Vale.*

AD EUNDEM.

NE nocturna putes mortales ſomnia mentes
Perpetuo vanis ludere imaginibus.
Cælitibus qvicunqve pio ſe pectore gratum
Exhibet, æthereis participatqve bonis;
Non huic terrificis ſomnos ſimulacra figuris
Abrumpunt, gelido membra nec imbre madent:
Sed fas eſt placida certisſima viſa qviete
Cernere, qvæ genius nuntiat apta bonus.
Qvalia ſæpe vident innoxia turba poetæ:
Objecta eſt oculis qvalis & umbra meis,
Haud pridem mediæ per opaca ſilentia noctis
Feſſa jacent puro dum mea membra toro.
Tunc mihi ſpectandam ſeſe veneranda virago
Obtulit, armato concrepuitqve ſinu.
Pallada dixiſſem, ſi Gorgonis ora tuliſſet,
Et niſi turrito vertice viſa foret.
Dextra tenet jaculum, clypeo eſt armata ſiniſtra,
Lemnius hunc mira ſculpſerat arte faber;
Intexensqve virum ſpirantia finxerat ora,
Ora mihi veros reddere viſa ſonos:
Auſonidum ſimulacra Ducum, qvos bellica virtus
Nuper uti priſcos nobilitavit avos.
Pars fuit inferior texto circundata peplo,
Stamine qvem vario dædala pinxit acus.

Hic

Hic ego laudatos vera ſub imagine vultus,
Spectavi, & titulis ora notata ſuis.
Sæcula nam qvotqvot longum ſuperantibus ævum
Artibus inſignes noſtra tulere viros,
per qvos antiqvis Latium non invidet annis,
Expreſſi hic filo multicolore nitent.
Dum tam mira oculos capiunt ſpectacula noſtros,
Et ſtupet aſpectu lingua retenta novo:
Talibus arridens dea vocibus ora reſolvit,
Concutiens flavam molliter ante comam.
Cur velut ignarus ſtupido me lumine luſtras,
Cum ſit nota magis fœmina nulla tibi?
Auſoniæ num te fallit florentis imago,
Qvæ tibi prima nitens obtulit ora jubar?
Qva Sol exoriens, liqvidas vel pronus in undas
Spectat ab aurato pulcrius axe nihil.
Deſierat: cœpi: ſalve ô gratisſima tellus,
Arcet hiems oculis qvam propè ſexta meis.
Qvis rogo trans gelidas tam longè disſitus alpes
Speret in aſpectus poſſe venire tuos?
Attonitum me pulcra tenent ſimulacra virorum,
Qvæ clypeo & ſpirant veſte notata tua.
Agnoſco claros heroas pace vel armis.
Et qvi facta canunt, qvive canenda gerunt.
Hæc jactat ſegetes tellus, tumet illa metallis:
So-

Solum ſemideos progenuiſſe tuum eſt.
Sed taceas ne diva precor, qvæ tanta ſubegit
Temet in aſpectus cauſſa venire meos?
Illa refert: intexta meo qvæ cernis amictu,
Ut vigeant libris nomina viva tuis.
Hæc tibi largitæ petimus pro munere lucis
Præmia: qvod pietas præcipit, ipſa rogo.
Nec gravis eſt, qvos qvaqve legis ſub imagine verſus
Illinat hos chartis ſi tua dextra, labor.
Dixerat: illa procul liqvidas ſublata per auras,
Deſeruitqve piger lumina noſtra ſopor.
Hinc calamo ſumptaqve deæ mandata papyro
Exeqvor: expresſit carmina viſa manus.
Qvæ tibi nunc EBRARDE ſacri decus ordinis amplum,
Eſſe velim ſtudii pignora certa mei.
Nam mihi pro votis largum ſi proſpera cenſum
Fors daret, ut poſſem vincere dicta datis,
Vivida, Apelleæ qveis cedant arte figuræ,
Munifica poſſem mittere ſigna manu.
Nunc me, qvæ reliqvos vates, mala lædit egeſtas,
Vatis & ex vero nomen habere jubet.
Hinc pro divitibus chartacea munera donis
Mittimus: has ſolas arca miniſtrat opes.
Nec tibi parva damus, qvamvis tenuisſima: multum
Ille dedit, qvem ſors plura dediſſe vetat.
Qvod

Qvod ſi adeo fortuna meis afflaverit auſis,
Non duro ut videas iſta ſupercilio:
Vires noſtra tuo ſumet tunc Muſa favore,
Majora auſpiciis concipietqve tuis:
Ut SANSUPLICIÆ diſponat ſtemmata gentis.
Et longo priſcos ordine cantet avos.
Præcipueqve tui celebret genitoris honores,
Regibus & notam tollat in aſtra fidem.
Cujus in auguſto prudentia nota Senatu,
Gallica conſilio regna juvare ſolet:
Nec minus externos cepit facundia reges,
Dum mandata ſui principis ore refert.
Maſſiliacenſis qvo eccleſia præſule gaudet,
Hunc poterunt citharæ fila tacere meæ?
Hinc ſibi qvem Muſæ, hinc pietas certamine pulcro
Contendunt caſtris aſſeruiſſe ſuis.
Sed patruum, patremqve tuum non tam ſua virtus,
Qvam capiunt animi munera multa tui.
Spem ſuperant dum facta, annos prudentia, formam
Corporis, ingenio qvæ bona rara nitent.
Hæc olim longo mea barbitus argumento
Diſſeret, in laudes ingenioſa tuas.
Interea tibi devotæ ſint pignora mentis,
Pagina qvæ gyro nunc breviore premit.

JO. AVRATI, POETÆ REGII ELEGIA IN PEPLUM I. M. TOSCANI.

AD A. EBRARDUM SANSUPLICIANUM.
Epiſcopum & Comitem Cadurcenſem.

DICITUR Alcides laudis ſibi parte peracta,
Altera pars operis cum ſupereſſet adhuc,
Deterioris heri jusſis dum paret, ut iret
Threicios abigat qvo ſibi victor eqvos:
Hoſpita ad Admeti regalia tecta Pherei
Divertens, uſus hoſpitis eſſe domo:
Cumqve ſua mortem ſubeuntem morte mariti
Alceſtin raptam Dives avare tibi
Audiſſet, tumulum raptæ deductus ad umbræ,
Prædam prædoni dum rapit, eripuit.
Atqve ita præteriens operis qvod fecit in ævum
Mirandi, ad domini nullius arbitrium,
Plus qvæſivit ei laudis qvam Thracis eqvorum,
Qvam totum ſtabulum regis Iberiaci:
Qvamqve pererrato qvas victor in orbe columnas
Extremi poſuit margine in Oceani.
Nunc qvoqve TOSCANUS Tuſci non degener ortus,
Deqve ſuis Tuſcis nomen & omen habens,
Et memor Alcidæ, qvi Tuſcis uſus in oris
Arcadis Evandri dicitur hoſpitio:

Her-

Herculis exemplo longas peregrinus in oras
Venit, ad extremos usqve Cadurciacos:
Atqve ibi Mercurio ducente, & Apolline dextro
Plusqvam Admeteum repperit hoſpitium,
Hoſpes Aqvitana gratus tibi factus in urbe,
In qva jus ſummum gentis, EBRARDE tenes.
Qvi Comes Antiſtesqve ſacris, pariterqve profanis
Rebus adhuc juvenis Supliciane præes.
Qvalis & Argivis ille Amphiaraus in armis,
Qui pius & vates, ductor & acer erat:
Qualis & ille Jämus Phœbi Evadnesqve propago,
Et templis & eqvis clarus Olympiacis.
Quæ laus vix aliis longos qvæſita per annos,
Jam tibi maturum contigit ante diem.
Contigit ut juveni virtutis amorque ſenilis,
Quæque annos virtus prævenit ipſa ſuos.
Nam tibi cum certo pars prima domeſtica fato
Ceſſiſſet, fratrum maxime EBRARDIADUM,
Ultro tu patrio ceſſiſti jure minori,
Non animi ad bellum, non rationis egens.
Sed velut ad ſacros à numine lectus honores,
Ad quos omnia qvæ quisque requirat habes,
Cordis munditiem, veræ pietatis amorem,
Doctrinam inſignem, conſiliumque ſagax,

Et vitio imprimis intactum pectus ab omni,
Et qvod labe carens turpis avaritiæ,
Hoſpitium doctis, ſtipendia præſtet egenis,
Præſidium indigenis, omnibus auxilium:
Nominibus cum ſis unus tot amabilis hoſpes
Phœbo & Phœbæis dignus amare viris.
Ut pius Admetus, cui non famulatus Apollo
Juſſus ad Amphryſi flumina pavit oves:
Sed quia caſta placent Superis, nec inhoſpita corda,
Hoſpitis eſt hominis captus amore Deus.
Te qvoqve Phœbus amat, Phœbæaqve turba Camœnæ,
Te colit Alcidæ quisquis ad acta facit.
Alter & ecce novus Latiis tibi miſſus ab oris
Alcides, animas qui trahit è tumulis.
Quotquot enim tellus tulit Itala clara virorum,
Nomina quæ ſcriptis enituere ſuis,
Illorum verſus imo revocavit ab Orco,
Magnus ut Alceſtin Amphitryoniades.
Nunc iterum vitas & laudes pæne ſepultas
Ante trecentarum tempora Pleiadum,
E Stygiis raptas tenebris in luminis oras
Protrahit, & patriæ conſulit hiſtoriæ.
Et Styge quos revocat tradit tibi, tradit & illis
Omnibus, auſpice te, qui ſua Pepla legent.
Nec dubito quin ille, ſuis popularibus umbris
Qui reddit vitas, & tibi reſtituat:
Et tua tu vivas olim poſt fata ſuperſtes,
Cernis ut hos fatis nunc ſupereſſe ſuis.

HIC

HIC INDEX HABET NOMINA *clarorum virorum eo ordine, quo in quatuor hiſce libris ſunt diſpoſita.*

LIBRO PRIMO continentur qvinqvaginta: nempe,
Dantes Aligerius.
Guido Bonattus.
Guidus Cavalcantius.
Cinus Sighibuldus.
Franciſcus Petrarca.
Joannes Boccatius.
Leonardus Arretinus.
Maphæus Vegius.
Jacobus Pogius.
Ambroſius, Abbas Camaldulenſis.
Antonius Panhormita.
Joannes Tortelius.
Æneas Silvius, Picolomineus.
Laurentius Valla.
Bartolomæus Facius.
Flavius Blondus.
Franciſcus Philelphus
Guarini, pater & filius.
Nicolaus Perottus.
Petrus Paullus Vergerius.
Jacobus Bracellius.
Georgius Valla.
Joannes Simoneta.
Bernardus Juſtinianus.
Baptiſta Platina.
Jacobus Cardinalis Papienſis.
Domitius Calderinus.
Chriſtophorus Perſona.
Georgius Tifernas.
Raphael Volaterranus.
Laurentius Medices.
Petrus Leonius.
Leo Baptiſta Albertus.
Hermolaus Barbarus.
Georgius Merula.
Angelus Politianus.
Joannes Picus.
Pomponius Lætus.
Philippus Callimachus.
Hieronymus Savonarola.
Marſilius Ficinus.
Galeotus Martius.
Elyſius Calentius.
Pandulfus Collenucius.

Chri-

Chriſtophorus Landinus.
Americus Veſpucius.
Sanctes Pagninus.
Joannes Medices.
Bernardinus Corius.
Baptiſta Carmelita.

LIBRO SECUNDO enumerantur alii qvinqvaginta: videlicet:

Jovianus Pontanus.
M. Antonius Coccius Sabellicus.
Antiochus Tibertus.
Strozæ, pater & filius.
Bartolomæus Cocles.
Joannes Cotta.
Petrus Crinitus.
Hieronymus Donatus.
Alexander Achillinus.
M. Antonius Turrianus.
Marius Grapaldus.
Bernardus Bibiena.
Aurelius Augurellus.
Guido Pōſtumus.
Nicolaus Leonicenus.
Petrus Pomponatius.
Andreas Maro.
Matthæus & Belliſarius Aqvivivii fratres.
Petrus Gravina.
Pomponius & Lucas Gaurici.
M. Antonius Caſanova.
Baltaſſar Caſtalio.
Andreas Naugerius.
Jo. Marius Cataneus.
Aldus Manutius.
Jacobus Sannazarius.
Joannes Manardus.
Camillus Quernus.
Albertus Pius.
Ludovicus Areoſtus.
Marianus Theologus.
Ægidius Cardinalis.
Jo. Franciſcus Picus.
Nicolaus Macchiavellus.
Leonicus Tomæus.
Antonius Tibaldæus.
Bernardinus Rutilius.
Mutius Aurelius.
Hieronymus Aleander.
Philomuſus Piſaurenſis.
Benedictus Lampridius.
Gaſpar Contarenus.

Gre-

Gregorius Corteſius.
Benedictus Accoltus.
Bernardus Accoltus Unicus.
Baptiſta Pius.
Franciſcus Arſillus.
Petrus Alcionius.
Petrus Martyr Angleria.
Jo. & Matthæus Villani

LIBRO TERTIO
Quinquaginta hi continentur.

Franciſcus Marius Molſa.
Antonius Galatheus.
Antonius Tileſius.
Gabriel Altilius.
Janus Parrhaſius.
Cælius Calcagninus.
Lilius Gregorius Giraldus.
Auguſtinus Juſtinianus.
Robertus Valturius.
Matthæus Palmerius.
Jacobus Angelus.
Polydorus Virgilius.
Paullus Aimilius.
Nicolaus Tegrimus.
Baptiſta Fulgoſius.
Coſmus Pactius.
Benedictus Jovius.
Paulus Jovius.
Lazarus Bonamicus.
Petrus Bembus.
Jacobus Sadoletus.
Jo. Baptiſta Egnatius.
Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Vida.
Pierius Valerianus.
Georgius Triſſinus.
Hippolytus Medices.
M. Antonius Flaminius.
Andreas Alciatus.
Romulus Amaſæus.
Honoratus Faſcitellus
Baſilius Zanchus.
Paullus Panſa.
Jo. Baptiſta Sanga.
Franciſcus Bernius.
Jacobus Bonfadius.
Petrus Arretinus.
Gabriel Faernus.
Joannes Caſa.
Aloiſius Priulus.
Hieronymus Ulpius.
Julius Camillus.
Tryphon Gabrielius.
Octavius Pantagathus
Jo. Matthæus Gibertus

Jo. Bartolomeus Marlianus.
Aloiſius Gonzaga.
Nicolaus Archius.
Latinus Juvenalis.
Camillus Paleottus.

LIBRO QVARTO hi Quinquaginta continentur:

Julius Cæſar Scaliger.
Franciſcus Robortellus.
Victoria Columnia.
Auguſtinus Eugubinus.
Veronica Gambara.
Ludoicus Caſteluetrus.
Joannes Guidiccionus.
Franciſcus Guicciardinus.
Claudius Tolomeius.
Aloiſius Alamannus.
Bartolomeus Cavalcantius.
Nicolaus Tartalea.
M. Antonius Majoragius.
Sebaſtianus Serlius.
Mutius Juſtinopolitanus.
Benedictus Varchius.
Jo. Baptiſta Gellius.
Annibal Carus.
Bernardus Taſſus.
Vincentius Madius.
Aonius Palearius.
Jo. Baptiſta Amaltheus.
Aloiſius Tanſillus.
Hieronymus Cardanus.
Onufrius Panvinius.
Michael Angelus Bonarotus.
Nicolaus Francus.
Petrus Myrteus.
Petrus Andreas Matthæolus.
Janus Vitalis.
Paullus Manutius.
Petrus Victorius.
Carolus Sigonius.
Hieronymus Amaltheus.
Hippolytus Capilupus.
Lælius Çapilupus.
Alexander Picolomineus.
Pyrrhus Ligorius.
Laurentius Gambara.
Petrus Angelius Bargæus.

Dio-

Dionyſius Athanaſius. Jo. Michael Brutus.
Gabriel Sirletus. Io. Baptiſta Porta.
Federicus Commandinus. Hieronymus Mercurialis.
Fulvius Urſinus. Spero Speronius.
Dominicus Venerius. Ioannes Carga.

IO. MATTHÆI TOSCANI PEPLUS ITALIÆ.

Liber Primus.

DANTES ALIGERIUS.

I.

PRINCIPIUM noſtræ Dantis dat muſa camœnæ:
Cui primos licet haud ævi depoſceret ordo,
Ipſa viri virtus tamen adſcripſiſſet honores.
Pectore qui pleno divini à fonte Platonis
Ætherios hauſit rores, patriasque per oras
Transfudit primus numeris modulatus Etruſcis.
Ille tibi priſco eloquio, grandique cothurno
Æquandus, ſed non ſectæ impietate, Lucreti.
Prima renaſcenti lux ille affulſit honori
Auſoniæ: princeps patriæ cunabula linguæ
Provexit: balbosque ſonos diſtinxit: & ora,
Poſteritas, tua compoſito ſermone reſolvit.

DANTES Florentiæ illuſtri ortus Eliſeorum familia, anno 1260. *& à patre Aligerii cognomen ſortitus*

titus, quadam Latine tum carmine tum ſoluta oratione ſcripſit, ut ſæcula illa ferebant, non indoctè. Inter quæ liber de mundi monarchia præcipuè dignus erat commendatione, niſi Eccleſiaſticam autoritatem convelleret, quo nomine Theologorum cenſura damnatus eſt. At patrium ſermonem primus ita excoluit, ut Etruſcæ linguæ conditor *merito à Jovio vocetur. Ea enim lingua complura edidit poëmata, quæ paſſim Italorum manibus teruntur. Triplici vero comœdia, qua Platonicæ philoſophiæ dogmata Chriſtianæ conjunxit Theologiæ, adhuc inter Italos poëtas principatum obtinet. Obiit Ravennæ anno* 1321. *plura de eo ſcribit* Chriſtophorus Landinus *in ejus vita, quam ſuis in Dantis Comœdiam commentariis præfixit.*

GVIDO BONATTUS.

II.

TE quoque potentes Cypriæ faces deæ
 Modis canentem patriis
Jactat, nec ulli deputat ſe Arretium
 Urbi minorem Tuſciæ.
Nec ſi Petrarcæ cultiora poſt tuam
 Vicere plectra barbiton,
Tibi penes nos gratiæ eſt minus; duplex
 Quin muneris favor tui eſt.
Quod dum viam ipſi præſtruis, metam tuæ
 Qua præteriret gloriæ,
Tuos tibi debemus & dulces modos,
 Et dulciores illius.

GUI-

GUIDONI Arretium patria fuit, Dante vetuſtiori. Idcirco & hujus carmina rudiorem reſipiunt antiquitatem, poetices tamen pigmentis commendatam. Cujusmodi nonnulla adhuc fragmenta ſuperſunt Etruſca lingua ſtudioſis non pœnitenda.

GVIDUS CAVALCANTIUS.

III.

SI nec Petrarcæ, nec decus foret Danti
Florentiæ, quibus tumeret immenſum:
At huic ſat in te præſidii Cavalcantes
Erat, perenni ut aſtra tangeret fama.
Quam ſæpe dubiam cura diſtinet dulci
Zenona te ne vocitet, an ſuum Alcæum,
Qui mentis illum acumine, hunc efers cantu,
Utroque major: non enim fuit Zeno
Poëta, ſophiæ non amator Alcæus.

CAVALCANTIUS Florentinus ei, quam à vetuſto genere erat aſſequutus, tantam morum & doctrina addidit nobilitatem, ut vitæ ſplendore, & totius peritia philoſophia, ætatis ſua princeps à Boccatio merito prædicetur. Cujus rei argumento ſunt qua pauca de multis ad poſteros illius poëmata pervenerunt: in quibus poeticis ornamentis Platonicam conditam gravitatem perſpicere eſt.

CINUS SIGHIBULDUS.

IV.

LIngua ſibi adfinis tenui diſcrimine vocis
A veteri Latia diſtat Etruſca recens.

Sic tu, qui poteras Cycnus ſermone Latino
Dicier, Etruſco nomine Cinus eras.
Non modo quod Cycnumve animi candore referres,
Cycnæoſue daret quod tua lingua modos:
Sed mage quod, Venerem dum præpes in æthera tollis
Idalio cantu, Cypridos ales eras.

QUANTUM Cinus Piſtorienſis nobili Sigbibuldorum familia ortus in jure civili præſtiterit, videant Juriſconſulti: à quibus crebro Cini in Codicem & Pandectas commentaria citantur pro graviſſimo teſtimonio. Nos barbaram, & à Romana hiſtoria ſejunctam Juriſprudentiam nauci facimus. Sed Cinum ideo immortalitate dignum judicamus, quod adeo eum Tuſcis Muſis acceptum ſciamus, ut Florentinæ poeſeos principi Petrarcæ arctiſſimo amicitiæ vinculo junctiſſimus hæſerit, qui defunctum mæſtiſſimis lyricis eſt proſequutus. Cini poemata cum veterum Etruſcorum poëtarum monimentis excuſa leguntur.

FRANCISCUS PETRARCA.

V.

PLus nulli Venerisue faces, native pharetræ
Debent, quam numeris culte Petrarca tuis.
Pagina nulla prius, titulum quæ ferret amorum,
A pueris poterat, virginibusue legi.
Usque adeo vates Latium quos jactat & Hellas,
Non puduit poſito cuncta pudore loqui.

Per

Per te caſta Venus: per te puer aliger, olim
Nuda, verecunda pectora veſte tegit.
Cumque tuis abſint irritamenta Camœnis,
Non tamen ulla Charis; non lepor ullus abeſt.
Immo tuis qvanta eſt abſciſſa licentia verbis
Accedit numeris gratia tanta tuis.
Abſtulit omne decus priſcis tua muſa poëtis,
Quanto obſcœna minus; tanto operoſa magis.

PETRARCÆ Florentino nec parem Italia nec peperit ſecundum. Ab hoc ceu fonte perenni tot poſtea nobilium Etruſcorum Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Sed quid dico Etruſcorum? niſi hic foret, quem Galli & Hiſpani principes poeta æmularentur; Hiſpania adhuc & Gallia priſcis Flaccis & Catullis inviderent. Sed Petrarcæ decus libelli hujus includere velle anguſtiis, perinde eſt, ac ſi quis ſolis meridiani ſplendorem cerea face ſuccenſa juvare conetur. Latinam idem poeſim tam ſepultam ea felicitate excitavit ab inferis; ut ejus ergo primus à Chriſto mortuo Romæ laurea donatus ſit, *ut Chriſtophorus Landinus autor eſt. Carmen, quod de Dante ac Petrarca indignè patria exulantibus olim luſeram; hic ſubjicere non omninò ab re eſſe judicavi.*

Felicior te non foret Florentia
Urbs ulla, quando vendicas cunabula
Tibi duorum linguæ Etruſcæ luminum,
Graviſque Dantis, & Petrarcæ floridi.
Felicitatis ipſamet niſi titulum

Demas tibi, de matre dum noverca ſis:
Hunc exulem quæ pateris, aſt illum facis.

JOANNES. BOCCATIUS.

VI.

QVartum pagina jam ſuperba nomen
Præſcribit ſibi noſtra,quod petitum eſt
A ripis placide fluentisArni.
O Etruria ter beata: felix
Ter Florentia, Tuſciæ alme ocelle.
Tibi haud Pallados urbs, ferive Martis
Æquet ſe ingenii feracitate.
Teſtis Boccatius vel hic, qui amœnas
Fabellas Charitum lepore tanto
Tinxit, judicio ut peritiorum
Nil ſit mundius elegantiuſue.
Aſt hic, cui facili levique opella
Crevit pagina, per jocum atque ludum
Omne ſurripuit decus vetuſtis
Oratoribus, alta quotquot olim
Grandi pulpita voce perſonabant:
Scitus, perlepidus, nitens, venuſtus,
Comis, appoſitè loco intumeſcens,
Qui mores hominum, intimosque ſenſus
Expreſſit graphiceque, mimiceque.
Nunc quantum libet intumeſce Roma,
Quantumvis quoque Græcia intumeſce:
Dum vivus levis hic humique ſerpens
Vincat flumina veſtra turbulenta.

CERTALDUM eſt oppidulum in agro Florentino. H'nc oriundos majores ſuos teſtatur Boccatius. At ipſe Florentia natus ingenium attulit ad

omne

omne diſciplinarum genus verſatile. Latine ſcripſit non pauca, ut de Genealogia Deorum, & de Claris mulieribus. Etruſca poeſi ab æquali ſuo Petrarca ſuperatus, animum ad fabellas ſoluta oratione deſcribendas appulit. Centum igitur fabulas Florentino vulgari idiomate (ut ejus verbis utar) expreſſit ea felicitate, ut poſterorum nullus, vel in graviori materia, eum rhetoricis coloribus uberive facundia æquarit. Poterat igitur Florentinus Cicero nuncupari, ſi altius ſtylum exercuiſſet.

LEONARDUS ARRETINUS. VII.

TU decus hiſtoriæ, & per ſæcula multa ſepultas
Cecropiæ campis erigis unus opes.
Magna quidem, qua devincis Leonarde minores,
Gratia, dum vertis Græca, Latina paris:
Sed major, quod te nunc munere vincat utroque
Ætas exemplis excita noſtra tuis.

LEONARDUS hic primus ſtudioſa ingenia ad Græcas & Latinas literas amplectendas à diuturno veterno excitavit. Multa è Græcis Latina fecit ex Baſilio, Plutarcho, Platone, Ariſtotele, atque aliis probatis autoribus deprompta. Scripſit ſuo marte complura: præcipue autem probantur Hiſtoria Florentina, Gottica, & de rebus Italicis.

MAPHÆUS VEGIUS.

VIII.

LAUS Pompeia dedit Vegium vitalibus auris,
Clauderet ut juſto fine Maronis opus.
Plura quid expectas? quid non ſucceſſerit illi,
Virgilii eſt auſus qui increpuiſſe tubam?

MAPHÆUS Laudenſis Martini Papæ V. Datarius multa ſoluta oratione, plura carmine illa tempeſtate admiratione digna publicavit. Librum vero, quo ſupplevit Æneida, etiam noſtra hæc politiora ſæcula merito ſuſpiciunt.

JACOBUS POGIUS.

IX.

HIc eſt ille pater facetiarum,
Hic fons ille perennis eſt leporum,
Qui ſales revocavit & vetuſtos
Priſcis intulit atque ſalſiores,
Cunctis ridiculos, nec ulli amaros:
Et juncto ſimul & ſimul ſoluto
Venuſtus pede, nec minus ſeverus
Si quando ſtomachi incitaſſet ardor.
Quem functum lacrymis Tibrisque & Arnus,
Hic ejus ſator, educator ille,
Suis proſequier diu volebant:
Sed fletum vetat, imperatque riſum,
Ut vivus lepida ſua loquela,
Sic functus lepidis ſuis libellis.

POGII Florentini, Scriptoris Apoſtolici, philoſophi, rhetoris, ac poëtæ inſignis, opera tum ſeria tum jocoſa uno volumine Baſileæ impreſſa ſunt. Sui temporis eruditos viros acerbisſimis ſcriptis laceſſivit, præcipuè Vallam & Philelphum: qui pari eum infortunio mactarunt.

AMBROSIUS, CAMALDULENSIS ABBAS. X.

MEntita non auſteritas gravi in vultu,
Pallorve fictus, cernuæve cervicis
Summisſio, vel ſordidæ ſitus veſtis,
Plebeculæ oculis quicquid aut facit fucum,
Id Ambroſi te ſanctitate commendat:
Ævum ſed Apennini in aſperis ductum
Jugis, ſeorſum à laude plebis inſanæ,
Mens litteris ſacriſque rebus addicta
Livore non ſuffuſa, litteratorum
Fautrix, doceri nec volentibus clauſum,
Sed poſterorum in commoda excubans pectus:
Laërtii quod verſio probat cunctis,
Pagoque Martis qui, Platonis & ludo
Chriſtum fatentis dogma prætulit Paulli.
His non caducæ præmia à viris captans
Laudis, ſed immortalis à Deo vitæ,
Nec cogitans es aſſeqvutus utrumque.

HUNC alii Florentiæ, alii in Porticu oppido Flaminiæ ortum eſſe tradunt: ut ut ſe res habet, eum conſtat è Chryſoloræ philoſophi Byzantini ſchola prodeuntem Cosmæ Medici doctrinæ cauſſa fuiſſe cariſſimum. Cum multis apud ſe natis libellis poſteri-

tatem juverit: majori tamen, Græcis vertendis, beneficio nos affecit. Multa enim Dionyſii Areopagitæ, Baſilii, Chryſoſtomi, Laërtii, atque aliorum inſignia monumenta latinitate donavit.

ANTONIUS BONONIA BECCATELLUS, cognomento PANHORMITA.

XI.

NOn quod Philippo, moxque junctus Alfonſo
Neapolis huic, illique principi Inſubrum,
Fidus fuiſti ſæpe utrique conſultor,
Comes palæſtræ litterariæ utrique:
Dicta atque facta non quod optimi regis
Tuis libellis aureis perennabunt:
Non quod vigeres artibus Camœnarum,
Debent tibi tam poſteri Panhormita
(Debere quanquam ob hæc fatentur immenſum)
Quam quod perenne ſæculi decus noſtri,
Phœbi ſacerdos, ſumma cura Muſarum,
Pater leporum, gratiæ, venuſtatis
Pontanus, & canora Neapolis Seiren,
Formatus à te, tibi feratur acceptus.

PANHORMITA Siculus, orator ac poëta ſua tempeſtate omnium clarisſimus, Philippo primum Mediolanenſium duci, mox Alphonſo Neapolis regi familiarisſimus fuit, poſterioris res geſtas literarum monimentis commendavit. Carmina ejus, cæteraque opera partim Venetiis, partim in Germania excuſa, doctorum manibus teruntur.

JO-

JOANNES TORTELIUS. XII.

QUanti Grammaticen facit juventus,
Linguæ & munditias politioris,
Tanti Tortelium æſtimet neceſſe eſt:
Primus Grammaticen ad elegantem
Uſum qui veteris ſcholæ reduxit.
Hoc nec Valla negat, libenter auri
Ceſſurus potius talenta mille,
Laudis quam propriæ unciam ſodali.

TORTELIUM Arretinum Valla omnium Grammaticorum hoſtis mire dilexit, ſuoque encomio ornavit, ut Græce Latineque apprime eruditum: quibus artibus in intimam ſe Nicolai Pontificis inſinuavit familiaritatem. Quædam luculente ſcripſit de re Grammatica. Appianum præterea ad verbum convertit in Latinum ſermonem.

ÆNEAS SILVIUS PICOLOMINEUS, qui PIUS II. PONT. MAX. dictus eſt. XIII.

DOctum Pontificem, piumque Roma
Cum per ſæcula multa concupiſſet,
Ut primum ſolio Petri, decorus
Sedit triplice Silvius tiara,
Doctum Pontificem piumque vidit.

HIC Senis nobiliſſima editus familia, orator ſuo ſæculo non incelebris, & veritatis amans hiſtoricus haberi meruit. Sed neque à poeſi cultum ejus ingenium abhorruit. Singulas ejus lucubrationes, quæ plurimæ circumferuntur, noſtri inſtituti non eſt enumerare.

LAURENTIUS VALLA.

XIV.

BArbariem Laurens primus Laurentibus oris
Exegit: priſcum reſtituitque decus.
Perdita nam Gottis Romanæ gloria linguæ,
Non niſi Romano reſtituenda fuit.
Nil nuper poterat Latio minus eſſe Latinum:
Nil Romæ in Roma nuper erat media.
Ille ſuis Latium ſcriptis jubet eſſe Latinum:
Et facit in Roma Roma ſit ut media.
Quantumvis laudere Leo, Pie, Paulle, & Juli,
Quorum extincta pia Roma revixit ope:
Veſtra tamen Vallæ dum cedant marmora libris,
Et lapides vincat nobile mentis opus.
Vos ruitura iterum reparaſtis mœnia Romæ,
Invida ſed Vallæ ſæcula vincet opus.

QVI Laurentii Vallæ Romani ætate vixerunt Grammatici, cæteris in rebus inter ſe diſcordes, in hac re ſola conſenſerunt, ut à Valla diſſentirent, eique ſcriptis ſuis bellum indicerent. Illud haud dubie ſpectantes, ſe neque nobilius ſuperare, neque honeſtius in certamine cadere potuiſſe, quam ſi Vallam perduellem adorirentur. Qui de omnibus magnificentiſſime triumphavit. Elegantiarum libri ab eo editi primas ferunt inter ejus opera, quæ haud pauca lectu digniſſima promulgavit.

BAR-

BARTHOLOMÆUS FACIUS.

XV.

ET Latiæ & Grajæ Facium facundia linguæ,
Sed mage cum Valla prælia nobilitant.
Inſtitit acer enim vivo, indefeſſus & hoſtis:
Cæſus & à pugna, non quoqve victus abit.
Quin apud Elyſias extincto inſultet ut umbras,
Haud mora, defunctum ſubſequitur moriens.

FACIUM Spedia edidit Vallæ perpetuum hoſtem: in quem & orationes ſcripſit. Arriani libros melius quam Petrus Paullus Vergerius latinitate donavit.

FLAVIUS BLONDUS.

XVI.

FUnera labentis Romæ, diræque furorem
Barbariæ, Blondi pagina mœſta gemit:
Inde reſurgenti priſcos inſtaurat honores,
Atque ſuis fatis non minus ipſe favet.
Grates Roma pares hinc Blondo grata rependit,
Et duplici geminum munere penſat opus.
Qua licet, extincti decorat dum funera Blondi,
In Capitolino condit & oſſa jugo.
Dein velut is calamo redivivam ſurgere Romam,
Sic Blondum famæ vocibus illa facit.

BLONDO Forolivienſi nulli non plurimum debent ſtudioſi, præcipuè antiquitatis amatores.

Hi-

Hiſtoriarum libros edidit duos & ſexaginta, quibus non Romanæ modo, verum etiam totius Italiæ res illuſtrantur. Hoc tamen tam utile opus inabſolutum morte præventus reliquit.

FRANCISCUS PHILELPHUS.

XVII.

TImothei Græco hic eſt nobilis ille triumpho,
Arboris ille tuæ Phœbe Philelphus honor.
Una cui fuerat certamen ſyllaba magnum,
Quæ barbam abraſit ſyllaba Timotheo.
Nec potuit redimi ære: tibi ut Tymbræe trophæum
Ornaret poſtes barba ſuperba tuos.
Officium in duplex, victricia tempora laurus
Et vatum doctas cingere nata comas:
Victorem & vatem pariter ſortita Philelphum,
Implet in hoc uno munus utrumque viro.

FRANCISCUS Philelphus in oppido Tolentino (quod in Piceno eſt) natus oratoria & poëtica laude clarus Franciſco Sfortiæ duci Mediolanenſium ob ingenii ſubitam felicitatem gratiſſimus fuit. Cujus opera uno volumine typis excuſa ſunt Baſileae. Hunc narrat Jovius cum Timotheo Graeculo de ſyllabae quantitate datis pignoribus contendiſſe, victoremque victo barbam ex pacto abſtuliſſe: quamvis Timotheus eam pecunia redemptam cuperet, quod ab inexorabili adverſario nequaquam impetravit.

GUA-

GUARINUS Pater, & JO. BAPTISTA, F. XVIII.

INgenuas quorum ſolertia ſuſtulit artes,
Hos Guarine inter non leve nomen habes.
Grande quidem meritum, quod res ac verba tenebris
Debentur ſtudiis eruta multa tuis.
Sed tibi dum natum gignis non arte minorem,
Eſt duplici fœtu gratia parta duplex.

GVARINI Veronenſes pater & filius ſua operam literariam non leviter juverunt, cùm in ſemibarbarum ſaeculum incidiſſent, quo tamen bonis artibus lux aliqua tum primùm affulſerat. Pater complures Plutarchi vitas, & Strabonis Geographiam è Graecis Latinas fecit. Scripſit Epiſtolas, Orationes, Grammaticam, & Carmina non pauca. Extant Io. Baptiſta Guarini Dialogi, orationes, variàque opuſcula, & in probatos autores commentaria, item poëmata. Quaedam etiam ex Xenophonte, Demoſthene, & Nazianzeno in Romanam linguam tranſtulit.

NICOLAUS PEROTTUS, ARCHIEPISCOPUS SIPONTINUS. XIX.

POſt Latiæ promota ſatis fundamina linguæ,
Cecropiæ multas depopulatus opes,
Atque Latina pari fingens atque Attica vertens
Succeſſu, inde ſacro cinctus honore comas;

Jura

Jura Perotte tuis dum juſtè dividis Umbris,
Detinuit pulcro te Fugicura ſinu.
Lenìit hæc vivi, morientis at abſtulit omnes
Curas, digna iterum nomine villa ſuo.

PEROTTUS Sentinas Graeca Latinaque litteratura juxta clarus, Archiepiſcopatum Sipontinum ob doctrinam & virtutem meruit, in quo munere recte adminiſtrato, extrema jam ſenectute obiit apud villam Fugicuram ab ipſo domino nomen ſortitam. Hujus ex officina prodiit Cornu copiae, ſive Latinae linguae commentarius, liber omnifaria eruditione refertus: cujus lectorem nunquam collocatae in eo operae pœnitebit. Quibusdam etiam aliis libellis remGrammaticam juvit: & Polybium Latino eloquio expreſſit.

PE. PAULUS VERGERIUS.

XX.

QVæ natis deceat fingendis cura parentes
Ipſe doces, patris gloria magna tui.

VERGERII Juſtinopolitani liber De ingenuis moribus ac liberalibus ſtudiis, prae cunctis ejus lucubrationibus probatur à doctis: eſt enim nitido ac dilucido ſtylo conſcriptus. At Arrianum inculto ſermone vertiſſe de induſtria traditur: ſcripſit & principum Mantuanorum res geſtas, & de Repub. Veneta librum unum.

JACOBUS BRACELLIUS.

XXI.

QVis naſci è Ligurum cautibus aſperis
Tam mite ingenium ſperet: & arduum
Alben-

Albentes nivibus perpetuis caput
Rupes eloquii fundere flumina?
Cunctis ſcilicet eſt inſita vis boni,
Quam cultura niſi provocet addita,
Inflectique labor neſcius, excidunt
In pejus. Studiis egregius Ligur
Ut Romæ pudor eſt, ſic Genuæ decus.

BRACELLII Genuenſis hiſtoria de bello Hiſpano nihil in eo genere abſolutius legi poſſe arbitror.

GEORGIUS VALLA.

XXII.

ARtes Valla libro cunctas qui colligis uno,
Tam non multa doces, quam didiciſſe probas.

PLACENTINUS Valla ingenti volumine, quod de expetendis & fugiendis rebus inſcripſit, diſciplinas omnes complexus eſt, ſibi magis quam aliis rudioribus utili labore. Caetera opuſcula, quae tum ipſe in lucem protulit, tum e Graecis Latina fecit, longum ſit ſingillatim enumerare; plurima enim ſunt, quae curioſis Geſneri Bibliotheca ſuppeditabit.

JOANNES SIMONETA.

XXIII.

BEllica dum vivet virtus, Dux Sfortia vivet,
Quique dedit chartis fortia facta Ducis.
Aſt alter Simoneta perit florente quod ævo,
Sævitiæ culpa eſt hæc Ludovice tuæ.
Cur vitam in paucos fratri non impetrat annos,
In multos patri quam dedit ipſe tuo? *Si-*

SIMONETA Calaber, Mediolanenſis ducis Sfortiae res geſtas hiſtoriae commendavit ea ſinceritate, ut de veritatis fide nemo jure dubitare poſſit: ea enim ſcripſit quibus aut ipſe interfuit, aut quae à certisſimis teſtibus accepit. Hujus fratrem optimae ſpei adoleſcentem ingratisſimus Ludovicus Sfortia Franciſci F. indigna caede ſuſtulit, fraternis precibus ac lacrymis haudquaquam exorabilis.

BERNARDUS JUSTINIANUS.

XXIV.

RES patriæ geſtas à primo digeris ortu:
Rebus & evolvis tempora juncta ſuis.
Ut patriæ grates referas cum fœnore: vitam
Accipit æternam, quam dedit ipſa brevem.

HIC patritius Venetus vir clarisſimus de origine ſuae patriae hiſtoriam inabſolutam poſteritati reliquit, quo libro non tantum res Venetas, ſed barbarorum quoque bella ipſa varietate lectu gratisſima, gravi admodum ſtylo complexus eſt. Quaedam praeterea opuſcula publicavit.

BAPTISTA PLATINA.

XXV.

AEvo nate rudique & impolito
Tantum Platina ſuſtines laborem,
Quantum vix aliquis politiore
Sæclo ſuſcipiat, brevi atque plano
Vitas Pontificum ſtylo referre.
Id tam gnaviter ipſe præſtitiſti,
Tam fideli opera, atque perſpicaci
Veri indagine, tamque congruenti

Tem-

Temporum ſerie, ut (deeſt quod unum
Ad juſtum hiſtorici decus parandum)
Non facundia defuiſſe, at ultro
Hæc neglecta tibi queat videri.

PLATINA Cremonenſis quanta potuit induſtria, eloquio tamen incompoſito Pontificum Romanorum vitas exactius, quam ante illum cæteri, abſolvit, ejus opera uno volumine typis exarata ubique proſtant.

JACOBUS CARD. PAPIENSIS. XXVI.

Pontificis quem cura Pii decoraverat oſtro,
Nec virtute Pio nec pietate minor,
Ni tantum terris mors invidiſſet honorem,
Ipſe Pii poterat rite ſubire vices.
Eſt tamen hæc orbis, tua non jactura Jacobe,
Non te ſed populos ille juvaſſet honor.
Credibile eſt te namque Pio dum jungier optas,
Diſceſſum terris approperaſſe tuum.

HIC Senenſis à concive ſuo Pio II. *cui etiam in minore fortuna propter ſtudiorum ſimilitudinem chariſſimus fuerat, in purpuratorum Senatum lectus eſt: quam dignitatem ita geſſit, ut dubium faceret, utrum priores in eo partes ſanctimonia ferret, an eruditio. Omnium votis, quibus Pontifex Max. deſignabatur, intempeſtivo fato impeditus ſatisfacere non potuit.*

DOMITIUS CALDERINUS.
XXVII.

VIs quanta ſit virtutis & vigor veri
Docet Domitius ille litteratorum
Splendor, vel ipſo confitente livore,
Doctrina nam quos æmulos dedit vivo,
Defuncti honorum fecit eſſe præcones.
Quantum ſapiſti Politiane! das ſummam
Illi, ampliorem ut alieras tibi laudem.

CALDERIA agri Veronenſis oppidulum bonarum litterarum lucernam Domitium edidit. A quo cum Grammaticorum, qui eum ſequuti ſunt, nullus dentes abſtineat, vix tamen ullus, ſi verum ingenuè velit fateri, absque hujus ope quicquam in litteris profecit. Itaque quem vivum Politianus inſectatus eſt, mortuum elegantiſſimo veriſque laudibus ornatiſſimo elogio eſt proſequutus. Statium, Juvenalem, Martialem, Ovidium, Suetonium, Ciceronem & alios probatos autores annotationibus ſive commentariis illuſtravit.

CHRISTOPHORUS PERSONA.
XXVIII.

QVi Procopium Latinitate donaſti,
Et barbaras qui patriis abegiſti
Oris tenebras, rite dicte Romani es,
Perſona, civis ſuſtinere perſonam.

PERSONA Romanus Sixto IV. gratus, ordinis fratrum Eremitarum, Procopium Latine eſt interpretatus, quædam etiam Origenis, Chryſoſtomi, Theophylacti, & Agathiæ Scholaſtici, edidit librum Epiſtolarum lectu non indignum. GRE-

GREGORIUS TIFERNAS.
XXIX.

STrabone clarus civitate Romula
donato hic eſt Gregorius, pulcerrimum,
Decus Tiferni, præmium qui illud ſui
Metit laboris, quo orbis oras ſedulo
Deſcripſit omnes, iisdem ut ipſe finibus
Terras, ſuamque terminarit gloriam.

STRABONEM Latinum non Guarino ſoli, ſed huic Gregorio non minus debent ſtudioſi. Quem poëtam fuiſſe non vulgarem publicata carmina declarant.

RAPHAEL MAPHÆUS.
XXX.

INgenio Raphaël artes cum clauderet omnes,
Clauſit & has libri finibus ipſe ſui.
Qvi volet, ille libro cunctas ſibi colligat artes,
Huic tamen ingenium ſi Raphaëlis erit.

VOLATERRANUS Raphael Commentariorum urbanorum libros compoſuit octo & triginta, quod ingens opus ſe ex mille pænè utriusque linguæ voluminibus congesſiſſe teſtatur. Cujus diligentiam Vives merito commendat. Quæ de Græcis Latina fecit, uno volumine ſeorſum typis ſunt impreſſa.

LAVRENTIUS MEDICES.
XXXI.

AUſonia, heu miſeræ, toties fœdata ruinis
Omne decus belli, veteres quoque pacis honores,

 Egre-

Egregiaſque artes ſtudiis amiſerat omnes:
Nil priſcæ virtutis habens, priſcive decoris:
Omnia deformata: ſui nil præter inane
Jam retinens nomen, non ipſo nomine digna;
Ergo malis medicum tantis expoſcere ſupplex
Viſa deos: Medicum, quo non præſtantior alter,
Italiæ amiſſas revocare in pectora vires,
Æthere delapſum accepit. Nec ſegnior ille
Affectæ medicas feliciter applicat artes.
Ocia tuta prius concordi pace ligatis
Principibus ſtatuit: mox artes nobilis oci
Inſtauratque omnes, pretioque ex orbe remoto
Advocat artifices, huic exul Græcia læto
Excepta hoſpitio eſt: venerandæ ſacra coëgit
Ipſe vetuſtatis monimenta, atque omnium in uſus
Florenti in patria æternum ſervanda dicavit.
Anguſto mihi ſed ſpatio haud includere fas eſt
Facta viri, quæ vix immenſus concipit orbis:
Quippe qui in ambiguo eſt majori exceperit ipſas
Num ſtudio Muſas, an dedita pectora Muſis.

LAURENTIO Medici non Florentiæ modo, ſed totius Etruriæ nobiliſſima familia orto, cum univerſus litteratorum ordo plurimum deberet, eum PARENTIS LITERARUM titulo honeſtavit. Idem

MAGNI

MAGNI cognomen meruit. Imperatoriæ enim in homine privato fuerunt virtutes. Qui cum aliorum ſtudia juvaret ac foveret, adeo ipſe eruditione claruit, ut doctisſimis ſit annumerandus. Extant Etruſca ejus poemata tanti viri titulo digna.

PETRUS LEONIUS.

XXXII.

Hic retinere animas jam corpore diſcedentes
Doctus, & aſtrorum noſſe futura ſitu,
Non potuit Medices fatalia penſa morari,
Nec fugere, in puteum præcipitatus, aquas.
Norat utrumqve tamen, ſic portendentibus aſtris:
Sed ſua vel gnaros fata obeunda manent.
Quid præſcire juvat nulla vitabile damnum
Arte, niſi ut gemino corda dolore premat?

LEONIUS Spoletanus Medicina præſtans, ſed Mathematicis artibus præſtantior, cum ſe aquis demerſum diem ſuum obiturum præſciſſet, quamquam anxia cautela flumina rivosque omnes effugeret, fatalem tamen obitum non vitavit. Nam ob Laurentium Medicen male curatum, in puteum præceps datus eſt, ut narrat Jovius.

LEO BAPTISTA ALBERTUS.

XXXIII.

Laus prima Muſas barbara tyrannide
Eſt vindicaſſe: mechanica, laus proxima eſt,

Inventa priſcæ reddidiſſe regulæ.
His priſtinus tuo nitor rediit Leo
Labore, primus ſcripta qui Vitruvii
Obſeſſa quondam nubila caligine
Producis in clarisſimum lucis jubar.
Ut architecti haud debeant minus tibi,
Quam nos tot, ætas noſtra quos tulit, viris,
Per quos vetuſtis illa certat ſæculis
Facundiæ ſic laude, laudeque ingeni,
Per te ſuperbis ædium ceu molibus,
Et pennicillus qvicqvid,aut cæla exprimunt.

ALBERTUS Florentinus omnigena litteratura excultisſimus Architectonicæ ab inferis revocandæ ſumma felicitate incubuit. Novem libros edidit de Architectura, Pictura, & Sculptura. Eundem pictorem, ſculptorem, cælatorem, ac plaſten fuiſſe peritiſſimum, quæ Florentiæ aſſervantur ejus manu perfecta ſimulacra teſtantur.

HERMOLAUS BARBARUS.
XXXIV.

NOn modo quem noſtri ingeniis præponere ſæcli
Muſa,ſed antiquis oppoſuiſſe queat,
Barbarus unus erit, quid ſi non invida terris
Oſtenſum properent reddere fata polo?
Scilicet huic fuerat vitæ ſi longior uſus,
Eſſe aliquis poterat major Ariſtotele.
Sed fera fata licet fuerit ne doctior obſtent;
At pietate fuit major Ariſtotele.

HUNC patritium Venetum Philoſophia magis nobilitavit, quam aut vetuſtum ſtemma, aut Aquilejenſis

ejeſis Patriarchatus, aut Cardinalitia demum purpura. Opera, quibus philoſophiam, hiſtoriam, omnes denique bonas artes illuſtravit, enumerare longum eſſet, & cum in omnium manibus verſentur, ſupervacaneum.

GEORGIUS MERULA. XXXV.

VEtuſta nemo ſcripta linguæ Romulæ
  Antiſtitum vel doctius
Enucleavit, vel nitori purius
  Purgata priſco reddidit.
Ingrata ſed enim ætas magiſtris hæc ſuis
  Livore peſſimo tumens,
Quo deſtituta in litteris cæcutiat,
  Probris Georgium petit.
Sed obloquantur usque, & usque obmurmurent,
  Nonnulla quod eum fugerint:
Dum plura ſint, hoc quæ docente ni ſciant,
  Georgium non corrigant.

ALEXANDRIA Inſubrum urbs Merulam genuit Ludovico Sfortiæ Mediolanenſium duci recondita eruditione commendatum. De antiquitatibus Vicecomitum ſcripſit hiſtoriam. Dionis multa vertit. Ciceronem, Catonem, Varronem, Columellam, Palladium, Statium, Juvenalem, Martialem aliosque pleros que veteres autores ſuis vigiliis non parum illuſtravit.

ANGELUS POLITIANUS. XXXVI.

BArbariem hic procul exegit non ultimus hoſtis,
Cum

Cum vox in Latio nulla Latina foret.
Idem pannoſas & olentes rura Camœnas
Juſſit in antiquis pergere munditiis.
Italiæ & Muſis debent Ciceroque Maroque,
Huic Muſæ & Phœbus debet, & Italia.

MONS politianus in Etruria Angelo & ortum & cognomen dedit. Cujus eruditionem uno verbo abunde commendabimus, ſi neminem litteratorum Laurentio Medici gratiorem fuiſſe quam Politianum aſſeramus. Opera ejus omnia Baſileæ uno volumine publicata ſunt.

JOANNES PICUS.
XXXVII.

QVanta animi virtus, quam rarum mentis acumen,
Ingenii quantum vena diſerta tui,
PHOENICIS titulus, doctorum calculus omnis
Quem tibi viventi detulit, ille docet.
Sed magis illa probant, nullo interitura ſub ævo,
Extant ingenii quæ monimenta tui.
Multo etiam (undecima niſi te trieteride fatum
Opprimeret) poteras Pice probare magis.

JOANNEM Picum Mirandulæ regulum Politianus amiciſſimus PHOENICEM, ob ſingulare ingenium, cognominavit; idque cognomen univerſus litteratorum ordo ſuis ſuffragiis comprobavit. Qui niſi ante trigeſimum quintum annum ætatis

ætatis fato ademptus eſſet, habuiſſet Italia, cui antiqua Græcia invidere poſſet. Pici Latina monimenta Germani typographi in unum volumen collecta in lucem emiſerunt, ideo ea ſingillatim enumerare ſuperſedeo.

POMPONIUS LÆTUS.
XXXVIII.

DUplice Roma fuit quondam convulſa ruina,
Structuræ amittens eloquiique decus.
Adfuit affectæ medica Pomponius arte,
Atque duo gemina damna levavit ope.
Ille Quirinali ſtatuens in vertice Muſas,
Multa Meduſæis ora rigavit aquis.
Hinc ſparſa evolvens diſiectæ ruderaRomæ,
Reddidit everſis nomina priſca locis.
Sic quæ tempus edax abolevit, marmora libris
Pomponi vincent ſæcula longa tuis.

POMPONIUS Lætus in Piceno natus, Romæ in Quirinali Academiam inſtituit omnium bonarum artium: ex qua velut ex equo illo Trojano pæne innumera præclara ingenia prodierunt. Viros doctos undique convenientes hoſpitio liberaliter excepit domi ſuæ, quam cultiſſima bibliotheca, vetuſtisque marmoribus ac ſignis exornaverat. Non pauca ejus ſcripta ſuperſunt magnam Romanæ hiſtoriæ totique antiquitati lucem ferentia: plura tamen in direptione domus per ciuilem ſeditionem ſub Xiſto pont. intercidiſſe creduntur.

PHILIPPUS CALLIMACHUS.

XXXIX.

PRincipis indocti furiis impulſa fugavit
Roma, ſed excepit Sarmata Callimachum.
Et vel ab extremis Latium quæ accerſere terris
Debuit, ingenii dona Polonus habet.
Quid non fata queant? Romæ ſub principe duro
Danubio Tibris plus feritatis habet.

PHILIPPUS Geminianenſis ex Romanorum Academicorum inſtituto mutato nomine Callimachus dici voluit. Roma deinde profugus, quod Paulus II. ob inſcitiam mutationem illam nominum ſuſpectam haberet, ad Poloniæ regem confugit, cuius fuit à ſecretis. Scripſit Attilam, Mores Tartarorum, Hiſtoriam Polonicam & varia pœmata.

HIERONYMUS SAVONAROLA.

XL.

CUi Deus ipſe pio ſtimulos ſub pectore vertit,
Doctáqne recluſit ſpiritus ora ſacer,
Ille tuus præco Pietas, Hieronymus ille
Sinceræ ſummus religionis honos,
Intrepidè ſic eſt ſuprema voce loquutus,
Cùm daret indigno membra cremanda rogo.

Poe-

Pectora noſtra agedum crepitantes vrite
flammæ,
Vrite, quæ Chriſti iam pius uſſit amor.

ARTIS oratoriæ vix iam nomen ſuperesset, barbaris leguleiis omnia fora occupantibus, Chriſtianæ vero relligionis doctoribus è ſuperiore loco nil niſi mera ſophiſmata concrepantibus, vera Theologia in nugatorias argutias degenerauerat: cùm veluti cælo demiſſus Ferrarienſis Sauonarola veram pietatem diſertiſſimo eloquio inſuetis hominum auribus inculcare ingenti omnium hominum admiratione ac plauſu eſt aggreſſus. Quem adeò Chriſtianæ Reipub. tum ſcripto, tum multo magis viva voce utilem, factioſorum hominum oppreſſit inuidia. Scripſit compendium univerſæ philoſophiæ, contra Aſtrologos, Triumphum Crucis, Sacras conciones, aliáque complura Italica lingua, Chriſtiano religioſoque viro (fuit enim Dominicani inſtituti) digniſſima.

MARSILIUS FICINUS.
XLI.

FLorentine Plato quæ lux apparuit unquam
Orbi, non animi lumine victa tui?
Indulſere brevi noſtro te ſidera mundo,
Ætherei ut guſtum ſentiat ille boni;
Mox eadem ad ſeſe revocant, æterna caducis
Dum per te reddi poſſe minora timent.

MARSILII Florentini in brevi corpuſculo amplum ingenium totiúſque Philoſophiæ capax delituit. Cuius monimenta Medicinæ Sapientiaeque ſtudioſis

no-

notiſſima ſi hic recenſeam, operam ludam. Illud lectori ſatis ſupérque erit, Ficino noſtram aetatem paucos genuiſſe conferendos, anteponendum verò neminem.

GALEOTUS MARTIUS.

XLII.

ET Marti Galeotus & Camœnis
Acceptus pariter, benignè adegit
Inter claſſica detonare Muſas,
Inter barbita parſonare Martem.

GALEOTUS Narnienſis ſtrenuus idem miles & ſcriptor non vulgaris, philoſophus quoque non incelebris, librum de Incognitis vulgo, ad Matthiam Corvinum Pannoniae regem, alium de Homine ejusque partibus, Apologiam contra Merulam, de Doctrina demum promiſcua eruditiſſime ſcripſit.

ELISIUS CALENTIUS.

XLIII.

MOlliter hic teneros cum decantaret amores,
Et Veneris grato colla ſubacta jugo,
Non ſibi ab ingenio laudem, non carmine cenſum,
Grata ſed a pulcra vota popoſcit hera.
Præ qua divitiæ, & vani præconia vulgi,
Sed non eventu diſplicuere pari.
Namque vel invitum comitatur gloria vatem,
Non tamen invitum concomitantur opes.

CA-

CALENTIUS Amphractenſis ſuaviſſimis Elegis calores ſuos decantavit. Scripſit etiam de bello ranarum & murium libros tres.

PANDULFUS COLLENUCIUS.

XLIV.

MUltiplicis Sophiæ decerptos undique flores,
Pectoris & docto condita mella penu,
Promere vix cupido Pandulfus cœperat orbi,
Cum cadit heu juſſu Sfortia ſæve tuo.
Gratius ut doceas odium virtute tyranno,
Nec merita oſtenſam tollere magna levem.

PANDULFI Piſaurenſis quae ſuperſunt Latina monimenta fidem faciunt quantam immaturo ejus obitu jacturam fecerit res litteraria: dum à Joanne Sfortia tyranno indigne necatur. Scripſit orationem ad Maximilianum Caeſ. Plinii defenſionem contra Leonicenum, Dialogos quattuor, libellum de vipera, & argutum capitis ac pilei dialogum.

CHRISTOPHORUS LANDINUS.

XLV.

AUrea quid prodeſt cæcis retruſa cavernis
Vena, niſi hanc ſolers eruat arte labor?
Ni Landinus idem præſtaret, carmina Dantis,
Fulva velut terris abdita vena, forent.
NamSophiæ tegitur verborum cortice duro
Nucleus, & ceris abdita mella latent.

Eruit

Eruit ille aurum venis, teſtaque medullam
Excutit, è cera mellea dona liquans.
Plus huic noſtra igitur debent quam ſæcula
Danti:
Dum dat, qvas Dantes ipſe negavit, opes.

LANDINUS Florentinus, philoſophiae, poeticeſque illuſtre ornamentum, latinis commentariis Virgilium & Horatium exornavit. Scripſit praeterea Camaldulenſes diſputationes & Ethica. Imprimis vero in pretio habentur, quibus Dantem obſcuriſſimum poetam illuſtravit, recondita eruditione referti commentarii.

AMERICUS VESPUCIUS.
XLVI.

QVi volet, antiquo voveat ſe tempore natum,
Et meliora putet ſæcula priſca novis.
Me juvat extremis lucem vidiſſe ſub annis:
Judice me, cedunt ſæcla vetuſta novis.
Priſca nec inventis fuerat felicior ætas,
Nec tunc ingeniis majus acumen erat.
Adde, quod hæc fruitur (veteri quæcunque parata,
Addita ſuntve nova ſedulitate) bonis.
Sed reliqua ut ſileam noſtri bona commoda ſæcli,
Uſus habet priſcis quæ meliora recens:
Prætereamne novus quot commoda ſuggerat orbis,
Herculis audaci & meta relicta rate?

Ad-

Adveᴄtumque piper, gazaſque Orientis in orbem
  Occiduum facili ſæpe venire via?
Teque Americe, cui priſcus collatus Jaſon
  Dicetur timida lintre nataſſe vadis:
Dicite, quis regum partem cognominat orbis
  Majorem, titulus condecoratve ſuis?
Hoc præſtas Americe Arni privatus ad amnem
  Ortus: & à titulo dicta America tuo eſt.
Et merito: devicta, tuis armiſque reperta eſt
  Pæne plaga immenſi dimidiata ſoli.
Hinc tanto majora facis tua ſæcula priſcis,
  Dimidium toto quo minus eſſe ſolet.

AMERICUS Veſpucius Florentinus quartam orbis plagam à ſe inventam reliquis ampliorem Americam denominavit. Cujus navigationes ab ipſo literis mandatæ ſunt: quæ ſummam in eo rei nauticæ, artiumque Mathematicarum fuiſſe peritiam oſtendunt.

SANCTES PAGNINUS.

XLVII.

ABdita quiſquis amat ſanctis oracula libris,
  Debet Idumæos edidiciſſe ſonos.
Credidit huic ſoli ſua nam myſteria linguæ,
  Sacravit proprio quam Deus ore loquens.
Primus ab Hebræis raptas communicat orbi
  Chriſticolum tantas ecce Pagninus opes.

San-

Sancta dedit Sanctes:Lucenſis & abdita luce
Donavit, felix & titulo & patria.

QUOTQUOT è Chriſtianis ante Sanctem Pagninum Lucenſem Hebraïcas litteras attigerunt, eorum conatus potius laudandus, quàm opera commendanda eſt: parum enim, aut omnino nihil præſtiterunt. Primus hic Hebraicæ linguæ Inſtitutionibus, in eàmque Obſervationibus, atque incõparabili Theſauro promulgatis, adeò facilem ad linguam ſanctam ſtudioſis aditum patefecit, ut nullo pænè negotio, qui voluerit, vel doctiſſimos Hebræos peritia æquare poſſit.

JO. MEDICES, dictus LEO X. PONT. MAX. XLVIII.

Purpureo ante diem Medices velatus amictu,
Ante diem Petri ſede potitus erat.
Sed non ante diem Muſis amplexus amicos,
Eſt tamen heu Muſis mortuus ante diem.
Hoc etenim Muſas ſublato nullus amavit:
Sic Medicem & Muſas abſtulit hora brevis.

NULLUS immatura adeò aetate ante Ioannem Medicem Cardinalis eſt deſignatus: Vix enim XIV. Annum attigerat. Itaque integra aetate pontifex creatus litteratos omnes ipſe non mediocriter litteris excultus mirificè fovit, praecipuè verò poëtas, in quos fuit munificentiſſimus: cùm non ineptè carmen ipſe faceret etiam ex tempore. Ejus intempeſtiuum obitum docti omnes fleuerunt.

BER-

BERNARDINUS CORIUS. XLIX.

TE Mediolanum grato amplexatur amore
Bernardine, meæ dulcis honos patriæ.
Illius hiſtoriæ nam lux ab origine per te
Eruitur priſco ſemiſepulta ſitu.
Ordo capit, facilis delectat copia, veri
Explet at ipſa animos intemerata fides.
Sola ſed eloquii contempta eſt gratia, fucum
Inducat ſcriptis ne ſimul illa tuis.

CORIO Mediolanum patria non minus debet, quam Livio Patavino Roma. Ejus enim impolitæ quidem, verum certiſſimæ hiſtoriæ tantum judicioſi ſcriptorum æſtimatores tribuunt, ut in eo extrinſecus accerſita ornamenta non deſiderent. Scripſit patria lingua.

JO. BAPTISTA, CARMELITA. L.

CArmelita dabat ſolidam tibi Mantua famam,
Virgilioque tuo forte ſecundus erat:
Si modò ſponte ſua facilis quæ vena fluebat,
Dignatus cultu ſplendidiore foret.
Sed ſibi dum indulgens parcit nimis ille labori,
Nec patria, nec jam digna Marone canit.
Cui tamen hunc comitem ſolido de marmore pònit,
Federici factum nec ratione caret.
Spectandos ſimul hos tribuens, ſtudioſa juventus
Quod petat exemplum, quod fugiatque, dedit.

IN Baptiſta Mantuano nihil admiratione dignum reperio, præter fœcundam inexhauſtamque venam, qua nullo labore ingentem carminum numerum breviſſimo temporis ſpatio effundebat: niſi quis præterea illud commendatione dignum putat, quod ſtylum ſacra materia exercuit: quod utique laudarem, ſi id pro rei dignitate præſtitiſſet.

I. M. TOSCANI
PEPLUS ITALIÆ.
Liber Secundus.
JOVIANUS PONTANUS.
LI.

NUNC mihi, nunc melior titulorum naſcitur ordo,
Cenſendique viri, facilis clementia cæli
Quos tulit arridens noſtro felicius ævo.
Et quamvis plerique gradum meruere priorem,
Palmaque in ancipiti eſt, quibus æquo muſa favore
Annuit: at primis te quis Pontane locatum
Sedibus invideat, tua qui ſub tecta Camœnas
Jampridem Latiis extorres primus ab oris
Excipis, & deſueta jubes habitare per antra?
Tu celeres aſtrorum orbes per nubila cantu
Subſequeris: tu nativo mala induis auro
Heſperidum: extinctos tibi Cypria ſuſcitat ignes,
Depo-

Depoſitam rurſus pharetram tibi natus obarmat.
Illa ſed ante alias doctorum corda virorum
Pagina perfundit mira dulcedine, cantat
Quæ Baias, Veneres omnes furata Catullo,
Baias, temperies quas non tam lenta vaporis,
Quam Pontane tui commendat gratia cantus.

CERES oppidum non magni nominis Pontanum ſuæ ætatis litteratorum omnium nobiliſſimum in lucem protuliſſe gloriatur. Hic magiſtro ſuo Panormitæ ſuccedens, quem doctrina longe ſuperabat, eundem apud Neapolitanum regem gratia, partisque divitiis ſuperavit. Hiſtoriam ſcripſit ſatis pro dignitate, dialogos feſtiviſſimos, de Aſtrologia libros, qui ſingularem in eo hujus artis peritiam commendant. Quæcunque denique ſoluta oratione ſcripſit, tribus tomis diſtincta typis excuſa ſunt ab Aldo. Sed in Poeticis longè felicior, hac parte multis cum antiquis præſtantiſſimis poetis videtur comparandus. Poemata idem Aldus ſeorſum duobus voluminibus publicavit.

M. ANTONIUS COCCIUS SABELLICUS LII.

COccius à prima complexus origine mundi
Hiſtoriam, junxit cum brevitate fidem.
Nec modo cuncta ſuis populatur ſcripta libellis,
Omne ſed autorum præripit ille decus.

SABELLICUS in Vico Varronis natus, Rhapſodiæ hiſtoricæ Enneades undecim fecit: item Exemplorum inſignium libros decem; Hiſtoriam quoque Venetam & complura alia Venetiis excuſa, poſteritati non pœnitenda, litterarum monimentis commendavit.

ANTIOCHUS TIBERTUS.
LIII.

HIc ille Antiochus, quem fata futura canentem
Decepit nunquam linea viſa manus.
Hic tibi poſteritas propriæ non invidus artis
Tradidit excultis dogmata certa libris.
Ars damnoſa tamen; quia non præſcita caveri
Damna, ſed accerſi, mors probat Antiochi.

HIC Cæſenas fuit, qui cum tribus libris abſolutiſſimis Cheiromantiam artem eſſe contra Stoicos probaſſet, ejusque præcepta tradidiſſet, multis ipſe exemplis evidentius probavit, cum ejus prognoſtica certiſſimum ſortirentur exitum. Sed nec ipſe violentum fatum, quod præviderat, quamvis ſedulo caveret, ſubterfugit.

TITUS STROZA Pater, & HERCULES Filius. LIV.

EGregii vates illuſtri ſanguine creti,
Qua gemino findit ſe pater amne Padus;

Prin-

Principibus cari pariter, gratique Camœnis,
Ingenio ac ſtudio ſcripſit uterque pari.
At patre flebilior natus: perit ille ſenectæ
In meta: hunc leto prima juventa dedit.
Sed Lacheſis fortaſſe videns ſuperare poëſi,
Credidit hunc ævo præteriiſſe patrem.

STROZÆ Ferrarienſes amores ſuos elegantibus Elegis deſcripſerunt. Sed Hercules cum in politiora tempora incidiſſet, patre venuſtior ac comptior evaſit. Haud dubie ſummum in poetica gradum adepturus, niſi violenta mors meditata expolientem, & majora meditantem indignè oppreſſiſſet, in quo illud obſervandum, fatale ei fuiſſe, perinde ac Claudiano, Gigantomachiam inchoare. Uterque enim vix incepto opere abſumptus eſt.

BARTOLOMEUS COCLES.

LV.

ABſterrere Cocles miſeri te exempla magiſtri,
Letiferis nequeunt artibus Antiochi.
Hinc dum dura canis periuro fata tyranno,
Interimi fracta te jubet ille fide
Scilicet ut, fuerat cui par doctrina Tiberto,
Ante diem caderes proditione pari.

BONONIENSIS Cocles ab Antiocho infauſtas artes didicit, à quo cum Bentivolius Bononiæ tyrannus exitum ſuum exploraret, fide data fraudi non fore, ſi infelicia portenderentur, cum Cocles improſpera cuncta nuntiaſſet, non ſtetit promiſſis: ſed fru-

 ſtra

ſtra ſaluti ſua conſulentem Bartolomeum immaniſſime trucidavit. Scripſit libros eodem argumento quo Antiochus, quibus ars Cheiromantica & Phyſiognomica uberius explicantur.

JOANNES COTTA. LVI.

COttam ad ſidera dum meis vocare
Pararem numeris, nec invenuſtis,
Quidam de trivio ſcholæ magiſter
Conſuetus miſeras juvenculorum
Nates ſcindere ſibilante flagro,
Me ſupercilio truci notavit.
Ecquid Cotta tuus leporis (inquit)
Quod non ſurpuerit prius Catullo,
Præfert ? furta putas honore digna?
Illi contra ego pauca: ſic habeto
Hircoſiſſime carnifex juventæ,
Primum in non modica Catullianos
Poni laude, dein ſuum Catullum
Cottam ſic imitatier, Catulli
Proclive ut minus æmulum æmulari
Sit, ipſum quam imitarier Catullum.

COTTA ad Alieniacum pontem in agro Veronenſi natus eſt. Qui concivis ſui Catulli ſtylum ita expreſſit amatoriis verſiculis, ut Scaligeri, ac Flaminii judicio, quem imitabatur, ſuperaſſe judicetur. Obiit planè juvenis. Ejus poematia ſæpius ſunt typis excuſa.

PETRUS CRINITUS. LVII.

PRiſcos poëtas nobiles mori vetat
Vates & ipſe nobilis Cri-

Crinitus: huic eſt æmulus noſter labor
  Felicitate diſpari:
Malus poëta nam poëtas optimos
  Tenui camœna proſequor.
Spes eſt tamen, Crinite, dum meis tua
  Memoria chartis proditur,
Tuosque manes demereri me, inſeram
  Summos quod inter te viros,
Vatumque veterum, pro quibus pares tibi
  Certo referre gratias.

PETRUS Crinitus Florentinus tum plura alia ſcripſit lectu digna, tum imprimis à doctis commendatum opus; quibus veterum poetarum vitas accuratè deſcripſit.

HIERONYMUS DONATUS.
LVIII.

TAm bene junxiſti Latiis Hieronyme Græca
  Ornamenta, tuis mox adhibenda libris:
Ut tua quæ cultu compſiſti inventa Latino,
  Hæc tibi Cecropio fonte petita putem:
Sic verbis Græca Auſoniis feliciter ornes,
  Ut rear hos partus pectoris eſſe tui.

DONATUS Venetus vir nullius litteraturæ expers, epiſtolas, & orationes ſcripſit admodum luculentas. Vertit quædam ex Damaſceno, Dionyſio Areopagita, & ex Alexandro Aphrodiſeo præclarum de anima librum.

ALEXANDER ACHILLINUS.
LIX.

LUmine quos mentis vivus peragraverat orbes,

Poſt obitum obtutu nunc meliore videt.
Et luſtrata prius ſolerti elementa labore
Subdita Achiliinus proſpicit ecce polo.
Uſque adeo ſua quos evexit in ardua virtus,
Functi etiam vita digna priore gerunt.

ACHILLINUS Bononienſis philoſophus ſubtiliſſimus, Bononiæ ſumma cum dignitate, auditorumque fructu, profeſſus eſt. Extat liber, quo Cheiromantiæ Phyſiognomiæque principia probat.

M. ANTONIUS TURRIANUS.

LX.

QVicquid Pergameus ſenexve Cous
Norat, noſſe tibi dedere fata
Turri: ſed totidem tibi quot illis
Annos vivere non dedere fata:
Damno non equidem tuo, ſed orbis,
Artis quem duplici bono juvabas,
Docendo ſimul, & ſimul medendo:
Tu fati ſuperans malignitatem,
Vitam poſt cineres agis perennem,
Æqvus Pergameo ſenique Coo.

TURRIANUS Veronenſis cum Medicinam Patavii publicè doceret ſummâ facundia & eruditione, ante diem de medio ſublatus præclara quæ meditabatur perficere non potuit.

FRAN. MARIUS GRAPALDUS.

LXI.

PIerio Marius poſtquam de vertice doctas
Deduxit faciles in ſua vota deas:

Artis

Artis opus miræ, ſublimes condidit ædes,
Degat uti digno turba novena loco.
Grata cohors vati decrevit, tempus in omne
Vivat uti Marius cum Marioque domus.

GRAPALDUS Parmenſis ſuavisſima poemata, & elegantem de partibus ædium libellum edidit.

GUIDO POSTUMUS.

LXII.

POſtumus Aonidum ſtudiis florebat, & ævo,
Atque favore Leo non minus ipſe tuo.
Invidet, & quarto quo ſeſe opponat honori,
Tres una flores mors fera falce metit.

GUIDO Poſtumus Piſaurenſis poeta ob ingenii elegantiam Leoni X. gratus, immature obiit. Extant Elegiæ hujus excuſæ Bononiæ.

NICOLAUS LEONICENUS.

LXIII.

ATtigit hoc medicas nullus felicior artes,
Nemo explicavit doctior.
Edita quippe ſuis certiſſima dogmata libris,
Quibus perennaret ſalus,
Exemplo probat ipſe ſuo: cui Neſtoris ætas
Morbis vigeret libera.
Cætera quæ medici ingenio ſunt digna, fuerunt
In Nicolao maxima.
Hoc habuit tamen haud medicis affine, quod aurum
Cœno putarit vilius.

LEONICENUS Veicetinus cum artis Medicinæ ſingulari peritia tantam vim facundiæ adjunxit, ut mirus ſit habitus in utraque facultate. Multa ſcripſit perpetuo victura, imprimis celebratur Galeni Latina verſio commentariis illuſtrata.

BERNARDUS DIVITIUS, CARD. LXIV.

CEcropiique ſales, Romani & gratia ſocci,
Hoc adeunt primum pulpita Tuſca duce.
Si qua fides vero, non Plauti aut muſa Menandri
Perfudit tantis feſta theatra jocis.
Pectora qui læto cum ſolveret omnia riſu,
Ridendum nulli ſe tamen ipſe dedit.
Sic etenim riſit, ſumma ut virtute verendus
Miſceret dulces cum gravitate jocos.

BIBIENA exiguum Etruriæ oppidum hunc ſummo ingenio virum edidit. Qui optimis literis excultus natura facetus & urbanus, ſuavitate ſua homines ineſcabat. Vixit aliquandiu in aula illa Urbinate doctisſimis & elegantiſſimis viris referta: quem à Bembo familiariſſime dilectum mutuæ Italicæ teſtantur epiſtolæ. à Leone X. purpura Cardinalitia ornatus Legati munus ampliſſimum apud Franciſcum Gallorum regem, ſumma in rebus gerendis cum dexteritate, obivit. Primus Plautinos ſales in ſcenam Etruſca oratione attulit, edita Calandra Comœdia omnium feſtiviſſima. Quam poſterorum multi aemulati ſunt, nullus urbanitate ſupera-

peravit. Immatura mors, & (ut Jovius aſſerit) violenta eum ſperato pontificio apice fruſtravit.

AURELIUS AUGURELIUS.

LXV.

ARchilocho non arte minor vibrabat Jambos
Aurelius, at innoxios.
Scaliger oblatret licet usque: haud ultima noſtri
Eſt ille ſæcli gloria.
Sed nimiam fulvi captus fulgore metalli,
Auro creando dum ſtudet,
Cum Pluto ſit quanta docet diſcordia Muſis,
Deluſus arte futili.

AVGVRELLVS Ariminenſis Jambicis Verſibus clarus evaſit, quem cur Scaliger in Hypercritico contemnat, non adeo ſollicitus ſum. Tanto enim viro judicium, quo in caeteris rebus abundabat, in Poetica omnino defuiſſe, bujus artis non mediocriter periti mihi teſtes ſunt: Cujus ſi vel tantillum babuiſſet, nunquam profecto ſua poemata in lucem prodire paſſus eſſet. Augurellus igitur immortalitate digna ſcripſit. Cujus Chryſopœia argumenti novitate & elegantia quantumlibet faſtidioſum lectorem capere poteſt.

PETRUS POMPONATIUS.

LXVI.

TEr ante quina ſæcula,
Ut Græciæ alterum decus
Communicaret Italis,

Ge-

Genuit Homerum Mantua.
Adhuc ſed Hellas propriæ
Parte integra cum gloriæ
Frueretur, & hanc Mantua
Sibi arrogandam cenſuit.
Sic Petre te mox alterum
Nobis Ariſtotelem parit.

POMPONATIO Mantuano nullus interius Philoſophiae abditos receſſus penetravit. Illud improbandum in tanto viro, quod de immortalitate animi perperam ſentire viſus eſt, in eo libro quem ſcripſit contra Auguſtinum Niphum. Extat ejusdem liber de Incantationibus, qui plurimum laudatur.

ANDREAS MARO.
LXVII.

Carmina, vix aliis longo perfecta labore,
Ad cytharam ſubito fuſa calore canit.
Audiit hæc quisquis, deprompta ex tempore juret,
Præmeditata tamen, qui legit illa, putat.
Usque adeo neque ſic properanti defuit hæc, quæ
Cunctantes multos gratia deſtituit.
Mira fides, ſed certa: oculis abſiſtere flammæ,
Sudare & facies viſa canentis aquas.
Fronte tument venæ, quatit artus entheus horror,
Dulcia diſtincto verba tenore fluunt.
Tale melos fundens indigna peſte Poeta
Opprimitur, magno crimine Phœbe tuo.
Scilicet

Scilicet antiqui cui cedere Muſa Maronis
Cœpit, ab hoc vinci te quoque poſſe putas.

MARO Brixianus extemporalia carmina mira facilitate effudit: adeo ut auditores longe prius præmeditata ſuſpicari poſſent, niſi quovis propoſito argumento, pari ſemper felicitate ceciniſſet. Hunc peſtilentia Romæ abſumpſit: eodemque funere & poëta & poëmata perierunt.

ANDREAS MATTHÆUS & BELLISARIUS AQVIVIVII fratres.

LXVIII.

QVam non Marte minus Muſæ ſint principe dignæ,
Gentis Aquivivæ gloria bina docet.
Frater uterque ſuis cumularunt ſceptra trophæis,
Ornavit libris frater uterque ſuis.
Nunc calamo eſt gravis, enſe manus nunc: rite colore
Tingitur hic rubro, tingitur ille nigro.
Claſſica nunc animos ſtimulant, nunc barbita mulcent;
Quodque caput caſſis, mox ſua ſerta tegunt.
Duplex ergo tuum gemini decus Adria fratres
Nobilitantque ſago, nobilitantque toga.

ANDREAS Matthæus dux Adrianenſium & Belliſarius Neritinorum ex nobiliſſima Aquivivia familia orti literis non minus quam armis claruere.

ruere. Primus de equeſtri opere librum compoſuit, alter de venatione, de Aucupio per Accipitres: item de re militari & de ſingulari certamine, de Principum Educatione, & demum de gubernanda re familiari, luculenter ſcripſit: quæ omnia opera Neapoli typis publicata ſunt.

PETRUS GRAVINA.

LXIX.

Conſalvus, Proſper, Pontanus & Actius ambo
Hi vates, illi te coluere Duces,
Hi tamen æqualem te dilexere poetam,
Aſt alios penes eſt gratia parta duplex.
Militis ut validi ſuſpexit robur uterque,
Se voluere tuam ſic celebrate tubam.
Par ſtudium primis, te Petre adjungit amore,
Aſt alii ſimilem, diſſimilemque colunt.

GRAVINÆ Catina patria eſt, non minus eleganti poeta, quam militi ſtrenuo: fuit enim ob militarem diſciplinam Conſalvo Ferdinando & Proſpero Columna ſummis Imperatoribus valde gratus: quorum gratiam cum eorum laudes decantaret, uberius etiam promeruit. Pontano & Sannazario ſuaviſſimum eum fuiſſe ſodalem, ipſorum poemata teſtantur: quæ ſæpe Gravinæ ingenium, & in carmine condendo felicitatem laudibus exornant.

POMPONIUS ET LUCAS GAURICI Fratres LXX.

Uterque fratrum Gauricorum nobili
Se vatis effert nomine, Apol-

Apollinis & artes uterque exercuit,
Sed diſpari genio tamen.
Pomponius Cupidinis faces canit,
Lucas futura præcinit.
Cœleſtium alter ignium flammas refert,
Incendia alter pectoris.
Rotatu ut illum ſigna rexerunt ſuo,
Sic hunc amicæ ſidera.
Lunare at illi terra contendit jubar,
Huic clauſa amicam janua.
Hoc ille tempus ſpectat in primis, coit
Quo cum ſorore Cynthius:
Pomponius nil ſpectat æque, quam ſua
Sic cum puella jungier.

GAURICI Fanenſes fuere. Pomponius poeta non vulgaris præpropero fato ademptus eſt. Cujus extat de Sculptura liber & poemata quædam. Lucas ætatis noſtræ Mathematicorum nulli ſecundus, multa veterum Aſtronomorum volumina caſtigavit, correxit præterea Ephemeridas, Annotationes ſcripſit in Ptolemei Almageſtum, quædam præterea opuſcula non infrugifera Venetiis excuſa.

M. ANTONIUS CASANOVA.
LXXI.

Dum priſcos celebri memoras cum laude Quirites,
Quos flore imperii Roma vigente tulit,
Ipſe reſurgentis non ultima gloria Romæ,
Laude probas dignum te Caſanova pari.
Sic qui Romanos Romanus in aſtra tuliſti,
Tu mihi Romano rite canendus eras.

CA-

CASANOVÆ Romæ Mantuano patre orti Epigrammata, quæ tanquam veterum illuſtrium virorum iconibus inſcribenda compoſuit, Martialis acumen Catulliano candore conditum præ ſe ferunt.

ANDREAS NAUGERIUS.

LXXII.

HIc Naugerius ille, Martialis
Laſcivi petulantiam peroſus,
Et Muſas ſine fine prurientes,
Læſo cuncta quibus licent pudore,
Non jam virginibus, ſed impudicis:
At caſtas voluit ſuas Camœnas
Hic Naugerius eſſe, ſicque amores
Cantare, ut tenerum colant pudorem.
Hunc ergo pueri puellulæque,
Crebri voluite: quippe Martiale
Nec doctum minus, & magis pudicum.

NAUGERII patritii Veneti Carmina candidiſſima ſuavitate condita ſunt. Orationes Tullianam repræſentant eloquentiam. Edidit & in omnia Ovidii opera annotationes.

BALTASAR CASTALIO.

LXXIII.

UT patriam, ſic ingenium Muſamque dederunt
Fata tibi, ſed non otia Virgilii.
Nam regum tu tecta modo, modo caſtra frequentas,
Ut ſimul hos dextra, conſilioque juves.

Cum

Cùm gemino iactet ſe Maetua pęnè Marone
Eſt tamen huic placeas qua ſibi parte magis:
Quippe virum ante alios deceat qui principis aulam
Exprimis & vita, fingis & eloquio.

CUM Iulio Cæſari Scaligero non uſquequaque fidem adhibendam putem de poëtis ſententiam ferenti (ut ſæpe in lubrico verſantur hominum judicia) in eo tamen quod de Caſtalione Mantuano pronuntiavit, veriſſimè eum ſcripſiſſe autumo. Poſteaquam enim ejus elegos & Cleopartam adeò commendavit, ut Propertio eum & Lucano anteponat, hæc ſubiungit: Qui ſi omnia ſic ſcripſit, nulli poſt Virgilium ſecundus, illius comes haberi mereatur.

IO. MARIUS CATANÆUS.
LXXIIII.

INtactam ſtudii nullam cùm nobilis artem
Linqueret ætatis flos Catanęe tuæ.
Intentata forent tantum tibi barbita Phœbi
Obrepſit tumulo tarda ſenecta gradu.
Tunc tepefacta novum concepit vena calorem,
Concuſſit Clarius frigida corda Deus.
Res miranda: Solet furor hac ætate poetis
Deſinere, at vires accipit ille tibi.

PLINII Secundi Epiſtolas & Panegyricum eruditè enarravit Catanæus Novarienſis. Idem Aphthonii Progymnaſmata è Græcis Latina fecit, Poeticen grandis natu attigit, non infeliciter tamen.

ALDUS MANUTIUS.

LXXV.

INgenia ingenuas revocata recentia ad artes,
Sicut avis ſcribant dexteritate pari,
Quæ docti ſcripſere patres monimenta, fatentur
Ad ſolidæ culmen pandere laudis iter.
Hactenus hæc cæcis iaceant immerſa tenebris,
In lucem revocet ni tuus illa labor.
Autori ſic ſcripta ſuo qui ſingula debent,
Cuncta accepta ferunt hæc ſimul, Alde, tibi.

ALDUS Romanus Venetiis artem typographicam exercens, laborioſa, ope veterum codicum, emendatione, judicioſaque conjectura omnes penè Græcos & Latinos probatos autores iterum luce donavit, qua illos ſuperiorum ſæculorum ignorantia orbaverat: ut nulli pluſquam Aldo debeant literati omnes. Nec tamen innumeros ſcriptores ſuo nitori reſtituiſſe contentus, plura etiam à ſe mediata poſteritati profutura in lucem edidit, ut de arte Grammatica libellos, & in autores nonnullos annotationes.

IACOBUS SANNAZARIUS.

LXXVI.

PLurima molitus præclara, per omnia ſummum,
Quod

Quod dare vel poterant ſingula, nomen habet.
Martis opus, dignum teſtatur ſanguine equeſtri:
Exilio in Regem eſt certa probata fides.
Sic illum piſcator amat,ſic acta remugit,
Ut pecoris cuſtos ſiluàque Virgilium.
Iam ſacra quid vatum pepererunt pectora Chriſto,
Virgineis quod ſe partubus æquiparet?
Sed noua Mænaliis quod ducis ad antra Camœnas,
Et calami Tuſcos edidicere modos,
Hoc proprium, Sincere, tuum eſt: hoc Itala tellus
Ante Siracoſij carmina vatis amat.
Tu belli, tu pacis honos: tibi denique lingua
Et renovata vetus debet, & aucta recens.

SANNAZARIUS Neapolitanus inter principes Etruſcos & Latinos Poetas numeratur. Extat utraque Poeſis ſeorſum exeuſa, præcipuè autem probantur Arcadia Tuſcis, Piſcatoriæ Eglogæ Latinis numeris conſcriptæ.

IOANNES MANARDUS.

LXXVII.

NOn ſatis eſſe puta Manardus, quòd tot ab Orci
Corpora pallenti limine reſtituat,
Humanum niſi prole genus ſimul augeat: vxor
Sed tremulum oppreſſit firma puella ſenem.

 Sic

ta ejus eodem cum autore funere miſerandum in modum perierunt.

ALBERTUS PIUS, COMES CARPI. LXXIX.

ELoquio iuvit, doctrina, operáque fideli
Quattuor hic reges, Pontifices totidem.
Hac ope venturos pariter iuvat ille nepotes,
Quicunque ingenij tot monimenta legent.
Euentus fuit at diſpar: amiſit a vita
Regna Pius Reges Pontificéſque colens.
Sed cui victuros ſemper dedit ipſe libellos,
Nomen ab æterna poſteritate feret.

PIUS Carpenſis civis & dominus, apprimè fuit litteratus, inſigniſque Theologus, ut apparet ex ejus Apologia in Deſiderium Eraſmum Roterodamum.

LUDOVICUS AREOSTUS. LXXX.

CArmine cùm Latio poſſes retinere ſecundum,
Etruſco primum vis Areoſte gradum.
Defuit Aonidum nec magnis gratia cœptis,
Quin aliquid votis plus dedit illa tuis.
Nam Veneris pia, vel Thetidis fortiſſima proles
Orlando gaudet non graviore tuba.

Cùm gravitas tua Virgilio nec cedat Homero,
Ille lepôre tamen cedit, & ille tibi.
Grata etenim veteres fugit miſtura poëtas,
Quâ Martis furias temperat alma Venus.
Arma canunt illi tantum: tu jungis amores,
Nam virides annos bina palæſtra decet.
Æneis, & ſolas juvenem tenet Ilias aures:
Volvit opus cupidè fœmina máſque tuum.

AREOSTUM Ferraria Italis in Epico pœmate principem dedit. Scripſit & Satyras, in quibus perinde primas tenet: Comœdias quoque, & poemata tum Etruſca tum Latina.

MARIANUS THEOLOGUS. LXXXI.

Dum tu Divinæ reſeras myſteria legis,
Et Chriſto eloquium militat omne tuum:
Mella ſono, vires lateri, ſua pondera verbis,
Ardor ineſt menti, geſtibus apta Charis.
Nec minus illa rudes animos Suadela remulcet,
Artibus ac miris pectora docta capit.
Nunc terrore quatis, nunc fletu lumina roras,
Nunc facis ut placido riſus in ore ſonet.
Ars tua tam doctè affectus huc verſat & illuc,
Quàm bene nauta latus flectit in omne ratem.
Quan-

Quanta tibi, Mariane, fuit facundia paucis:
Sed nullus poſuit ſplendidiore loco.

MARIANUS Genazanenſis primus ſua ætate Dei verbum e ſuperiore loco cum dignitate explicavit. Cujus in movendis affectibus efficaciam graphice à Politiano in epiſtola ad Calchum Mediolanenſem depictam omnino, ſtudioſe lector, ut apud illum agnoſcas, ſuadeo.

ÆGIDIUS CARDINALIS. LXXXII.

AEgidio haud parvo cumulatas fœnore linquit
Ingenii claras tot Marianus opes,
Ægidio: qui Chaldçæ penetralia linguæ,
Atque adiit Solymis myſtica tecta ſonis.
Fœlix ô, primum noſtra in quo viderit ætas
Doctrinam eloquio cum pietate parem.

HIC Mariani diſcipulus longo intervallo magiſtrum eloquentia & doctrina ſuperavit, cùm præter illa, quæ ab eo acceperat, ex Hebræis & Chaldæis puriſſimis fontibus ſacras litteras hauſiſſet. Patria Ægidio fuit Viterbium: profeſſus eſt ordinis Eremitani inſtitutum: eruditione & ſanctimonia purpureum galerum eſt aſſecutus. Extat Pſalterium ab eo tranſlatum.

IO. FRANCISCUS PICUS Mirandulæ Comes. LXXXIII.

HUnc patruo virtute parem Mirandula ſceptris
Inſignem, & miti dum colit imperio,

Impiger is patriæ cœptos perduxit honores
Ad ſummum, ſtudio deditus uſque pio.
Nunc reſponſa Dei cœtu mirante piorum
Explicat, ad citharæ nunc canit ille modos.
Dos eſt rara quidem doctrinæ in principe cultus,
Rarius eſt, Muſis incubuiſſe ſacris.

HIC patrui Ioannis gloriam æmulatus litteras ſacras ſummo ſtudio complexus eſt: quod ejus opera tum ſoluta oratione tum carmine edita ſatis teſtantur. Felicem Mirandulam, quæ tales principes ediderit, quales vix toto orbe privatos reperias, doctrinæ & ſanctimoniæ rariſſima exempla.

NICOLAUS MACCHIAVELLUS. LXXXIV.

QVantum naturæ ſtudium vis inſita ad omne
Arte juvante valet, Macchiavelle doces.
Cultius adſtricto quis preſſit pulpita ſocco?
Cui mage ſunt Tuſcæ plectra ſonora lyræ?
Qua populos rex arte regat, quo jura ſenator
Conſilio, quo dux temperet arma, mones.
Tu patriæ lux hiſtoriæ: rebusque gerendis
Uſibus aptaſti facta vetuſta novis.
Denique Flora parens tantum tibi detulit uni,
Quantum vix multis terra Latina, decus.

MACCHIAVELLUS Florentinus fertile ingenium recondita eruditione cum expoliſſet, Etruſcam comœdiam, Hiſtoriam, Poeſim heroicam, Politi-

litica, omnes denique bonas artes pari felicitate tractavit. Tantum in Etruſco cœlo benignitatis eſt, ut ſub eo nata ingenia ad nobiliſſimarum artium faſtigia pari gradu nullo penè negotio contendant. Monimenta ejus quæ extant, hæc ſunt: Hiſtoria Florentina ab urbis origine repetita Etruſca oratione ſoluta, quam poſtea carmine ſupplevit: De re Militari liber vere aureus. E Titi Livii prima Decade ſumpto argumento, quis ſit Reipublicæ optimus ſtatus ſapientisſime tribus libris diſputavit. Scripſit & de Principe librum qui illi ingentem conflavit invidiam, adeo ut multi eum male de Deo ſenſiſſe ex ejus præceptis arguant. Sed juvat commemorare quid ipſe reſponderit ſe eo nomine arguentibus. Ideo enim impiis præceptis à ſe imbutos Principes affirmavit, ut qui tum Italiam tyrannice vexabant ſua inſtitutione deteriores redditi, eo celerius ſcelerum ſuorum pœnas penderent. Fore enim ut cum ſe penitus vitiis immerſiſſent, ſtatim meritam Numinis iram experirentur. Commentarios, quibus ea quæ ſua tempeſtate geſta ſunt complexus erat, Franciſco Guicciardino moriens dono dedit. Quorum ſubſidio Franciſcus illud tantopere vulgo commendatum Hiſtoriæ opus abſolvit.

LEONICUS TOMÆUS.
LXXXV.

Hic ſophiſmata vana barbarorum,
Chimæras Arabumque ineptientum,
Quæ mentes juvenum labore caſſo
Sæpe per duo luſtra detinebant
A veræ ſophiæ ſcholis fugata

Ablegavit ad ocioſiores,
Quos de vellere lis juvat caprino.
Solerti Stagiræus at magiſter
Quæcumque ingenio laborioſis
Chartis abdiderat, velut Sibyllæ
Diſponens folia explicavit, atque
Priſco reſtituit ſuo nitori,
Mirus arbiter utriusque linguæ.
Ergo te Leonice liberalis
Tanto proſequitur juventa plauſu,
Cui ſunt dogmata puriora cordi:
Quantum turba tibi male ominatur,
Cui ſophiſmata ſunt inepta cordi.

LEONICUS Venetus Patavii philoſophiam profeſſus, primus eam à ſophiſtarum nugis vindicavit, inſignem inde ſibi totius juventutis benevolentiam & litteratorum omnium amorem concilians. Ejus monimenta ſummo philoſopho digna Venetiis edita doctorum manibus teruntur.

ANTONIUS TEBALDEUS. LXXXVI.

DEferet arguto tibi primam epigrammate palmam,
Sincerum ingenii quisquis acumen habet.
Qui candore jocos, idem conſpergis aceto:
Scommata ſic læſo nemine ſalſa juvant.
Nec brevitas obſcura tibi eſt, nec copia lædit:
Nec minus adſtrictis lemmata longa placent.
Prima Tebalde tuæ junxit miſtura Thaliæ
Mellaque Veronæ, Bilbilicosque ſales.

TE-

TEBALDEUS Ferrarienſis Etruſcis rythmis partam famæ celebritatem, cùm ſibi à Sannazario & Bembo ereptam videret, ad latina epigrammata ingenium convertit: quibus candidiſſimi ac venuſtiſſimi poetæ titulum nulla unquam temporis longinquitate obliterandum, eſt conſequutus.

BERNARDINUS RUTILIUS.
LXXXVII.

SÆcula quos tulerint legum meliora peritos,
Rutilij culto charta tenore docet.
Bartolus hoc ſentit, Baldúſque Acheronte ſub imo.
Conſcius & culpæ mœret uterque ſuæ.
Nam quorum fœdata ſibi monimenta ſciebant,
Rutilii hos certat reſtituiſſe labor.
Barbariæ ergo ſuæ retegentem vulnera, Mortem
Mergat ut, exorant, funere Rutilium.

Hic Coloniæ oppido Veicetini agri genitus librum edidit de Jureconſultis qui florente Romano imperio claruerunt: opus & argumenti utilitate, & non vulgari facundia commendatum.

MUTIUS AVRELIUS.
LXXXVIII.

SCaligeri ſummos inter cenſura poëtas
Te locat: & muſam tollit in aſtra tuam.
Scaligero quamvis non laudis avarior alter:
Cui ſtudium, vates ſæpe notare bonos.

Pul-

Pulcrum à laudato eſt laudari: à laudis avaro
Pulcrius eſt laudem promeruiſſe viro.

MUTIO Aurelio Mantuano de Catullo, quem inElegis imitatus eſt, palmam defert Jul. Cæſar Scaliger omnium Criticorum ſeveriſſimus. Legitur ejus Elegia ad Leonem, paupertatem deteſtans, & Hymnus heroico carmine D. Joannem Baptiſtam celebrans. Plura ab eo edita, quæ adhuc luce carent magno philomuſon incommodo, conſtat.

HIERONYMUS ALEANDER, CARD. LXXXIX.

DOctus Idumeæ ſanctiſſima myſtica linguæ
Eximium Latio fers Aleandre decus.
Quæ ſemel aut audita tibi, aut ſunt lecta, fuerunt
Pectoris hæc memori condita cuncta penu.
Res ut nulla ſenem, non verbum fugerit ullum,
Quod juvenis quondam combiberiſue puer.
Nec magis acta tamen, quam tu ventura ſciebas:
Idque probas cælum dum petiturus abis:
Carmine te Græco teſtatus linquere vitam,
Ne pejora tibi morte videnda forent.

ALEXANDER Utinenſis memoria ad miraculum usque excelluit: Hebræas, Græcas, Latinas litteras pari felicitate & facilitate calluit. Omnes diſciplinas capaciſſimo ingenio complexus eſt, adeo ut

ut ne divinatorias quidem artes ignorarit : quibus moriens imminentia Italiæ mala Græco diſticho vaticinatus eſt : à Poëtice non abhorruiſſe, carmina ipſius declarant.

PHILOMUSUS.

XC.

ARs eſt ſumma, rudis non quæ inſcia pectora vulgi,
Artificum ſed quæ detinuiſſe poteſt.
Parrhaſio ſuperata tua eſt ſic gloria Zeuſi,
Dum te fallentem, decipit ille, feras.
Tale tuum Philomuſe decus : tua barbita fertur
Bembus ut audiret, depoſuiſſe lyram.

PHILOMUSUM Piſaurenſem nobilem poëtam Bembus ſuſpexit, autor eſt Jovius. Nihil ex ejus ſcriptis legi : ſed cum P. Bembo tanto viro carus fuerit, hoc ſolo nomine dignum habui quem noſtris Elogiis insererem.

BENEDICTUS LAMPRIDIUS.

XCI.

LAmpridi Alcaico tractas dum barbita plectro,
Sola tuum teſtudo Appula vincit ebur.
At cum Pindaricus tibi pectora concutit horor,
Tum ſe ſubmittit Flaccus & ipſe tibi.
Quem victum pauci, victorem nullus at æquat,
Non poteras vinci, aut vincere nobilius.

CRE-

CREMONA Lampridium noſtri ſaculi miraculum edidit, qui quod Horatius ſtultæ temeritatis eſſe exiſtimavit tentare, ſibi proclive admodum eſſe declaravit, Pindari imitationem, quem feliciſſime Latinis eſt verſibus æmulatus: ut Aurato Poetarum regi, & omnibus Græcæ linguæ peritis videtur. Nam Jovius quæ non aſſequitur, ea non probat. Ejus carmina ab innumeris mendis vindicata nos ſemel recudenda curavimus, quæ poſt majore cura emendavimus, & de tertia editione cogitamus.

CASPAR CONTARENUS, CARD. XCII.

QVid Contareno ſanctius, quid doctius
Sacrata texit purpura?
Quid Luterana peſtis, aut in hoc lues
Calviniana mordeat?
Galli, Britanni, Teutones accurrite,
En Chriſtianum Socratem.

CONTARENI Veneti Card. vitam pari facundia & fide Latinis litteris commendavit Jo. Caſa, illinc petantur, quæ hic inſtituti noſtri brevitas non patitur recenſere. Extant libri quinque de elementis ab eo doctiſſime conſcripti.

GREGORIUS CORTESIUS CARD. XCIII.

QVis neget hoc magnum, tot ubi poſt ſæcula primus
Tractas Catulli barbiton?
Sed nimium laſciva tui quod plectra Catulli
Ad digniorem uſum vocas, Cœ-

Cœlicólumque dicas regi, debere fatetur
Tibi Catulli barbitos.

HUNC Mutinæ natum pietate ſimul & doctrina nobilem Paulus III. pontifex max. inſigni illa Cardinalium creatione in ſacrum ordinem cooptavit. Scripſit de direptione urbis Genuæ, & contra aſſerentem, Petrum apoſtolum nunquam fuiſſe Romæ. Leguntur etiam ejusdem pauca quædam ad Catulli lucernam feliciter elucubrata poemata, quæ cum Sannazarii tribus de virginis partu libris pridem in Aldi officina excuſa fuere.

BENEDICTUS ACCOLTUS, CARD. XCIV.

TU refluentes ſortis inſanæ vices
Expertus usque: dum benigna te modo
Decorat oſtro: mox galero texerat
Quod ante ſacro, in hoc idem torquet caput
Ignes triſulcos Romuli dextra Jovis:
Utrumque vultum vultu eodem contuens,
Interritum te ſemper illius minis
Opponis, haud divulſus unquam ab artibus,
Uberrime quas inſitas tibi, haud minus
Foviſti in aliis; non enim ſatis reor
Proclive dictu aut explicatu, an faveris
Tu plus Camœnis, an Camœnæ plus tibi.

ARRETINUS fuit hic Cardinalis omnibus fortunæ & virtutis ornamentis excultus. Candidiſſimi ejus elegi immortalitate dignisſimi quinque Etruſcorum poetarum Carminibus inſerti leguntur: idem hiſtoriam ſcripſit de bello à Chriſtianis contra bar-

barbaros geſto, pro Judæa, & ſancto Chriſti ſepulcro recuperandis.

ACCOLTUS, COGNOMENTO UNICUS. XCV.

CArmina, quæ ſubito tibi ſunt effuſa calore,
Vel quæ ſunt lima ſæpe polita tua,
Qui legit, haud cernit quid differat impetus arte,
Et procuſa pari cuncta labore putat.
Atque ait: hæc ſi eſt ars, nihil hac eſt cultius arte:
Si furor, eſt ars hoc culta furore minus.

UNICI Arretinii laudes poſt Baltaſſarem Caſtellionem & Ludovicum Areoſtum velle tentare profligatae ſit impudentiae. Qui igitur quàm meritò huic Unici cognomen inditum ſit, ſcire volet, legat Areoſti ultimum divini operis librum circa exordium, & Caſtellionis primum de viro aulico. Leguntur Accolti Etruſca poëmata Venetiis publicata.

BAPTISTA PIUS. XCVI.

HIc Pius eſt, cuius muſarum tota ſupellex
Gaudet in inſtructo delituiſſe ſinu.
Enumerent alii quas quiſque paraverit artes:
Hunc neſciſſe aliquid, grande putare nefas.

PIUM Bononia bonorum ingeniorum non altrix modo, verùm etiam procreatrix, omni doctrina cumu-

mulatiſſimum produxit. nibil tam abſtruſum in literis, nihil tam reconditum, aut vetuſtate obſoletum, quod illum fugerit. Multa de Græco vertit, plura ſuo marte edidit, veteres omnes autores & memoria complexus eſt, & ſermone, ſi quando res poſtulabat, repræſentavit. In poeticis accuratior quam facilior eſt habitus.

FRANCISCUS ARSILLUS. XCVII.

HUic artem medicamque muſicamque
Æquali dederat favore Phœbus.
Tanti muneris ille non avarus
Languentes animos ſuis camœnis,
Languentumque animas ſuis medelis
Erexit, duplici ferens labore
Aegris gaudia, languidis vigorem.

SENOGALLIÆ natus eſt Arſillus Phœbi pariter & Æſculapii artibus clarus. Romæ medicinam cum non ſine quæſtu exerceret, carminibus etiam ſubinde productis claruit. Extant Prologuia Hippocratis, feliciter ab eo carmine expreſſa, & liber de Poetis urbanis.

PETRUS ALCIONIUS. XCVIII.

QVam vorax dapis heluo fuiſti,
Quam meri bromii ſiticuloſus,
Heluo Petre tam vorax librorum
Eras, Caſtaliæ & ſititor undæ:
Ut nunquam fueris ſatur bibendo,
Et nunquam fueris ſatur legendo;

Sic te Cynthius hinc & inde Bacchus
Suis annumerant, parumque certum eſt
Cui gratus fueris magis ſacerdos.

HIC cujas fuerit non invenio, diu in Typographicis officinis correctoris, ut vocant, munus ſuſtinuit, vir gulæ impenſe deditus, idemque apprime eruditus ſcripſit de tolerando exilio librum: duas item orationes, quibus in Carolum V. Cæſarem, tanquam Romanæ cladis autorem, acerrime invectus eſt.

PETRUS MARTYR ANGLERIA. XCIX.

QVas Stephanus, aut Ptolemæus, aut Strabo, aut Mela
Terras nequivere gradu adire, nec ſcriptis,
Angleriæ illas arduus penetravit,
Laborque libris explicavit æternis:
Labor vetuſta laude cosmographorum
Hoc clarior, quo proferens ſoli metas
Plagam ampliorem pervagatus eſt orbis.

HIC Angleriæ natus apud Verbanum lacum, Oceaneas decades ſcripſit, & de Ægyptia legatione librum. Vixit Ferdinando Arragonio Regi carus.

JOANNES, ET MATTHÆUS VILLANI. C.

FLorentina ſuos Villani geſta per annos
Arte rudi, at mira diſpoſuere fide.
Ornamenta adimas hinc omnia: ſola ſuperſit

Veri

Veri ſimplicitas, hæc tamen hiſtoria eſt.
Ornamenta feras huc omnia: ſola laboret
Simplicitas veri, non erit hiſtoria.

HI Florentini patriæ hiſtoriam more Annalium digeſtam religioſisſima veritatis obſervatione poſteritati tradiderunt: quo ſolo ornamento ita legentium animi capiuntur, ut cætera non multum deſiderentur.

J. M. TOSCANI
PEPLUS ITALIÆ.

Liber Tertius.

FRANCISCUS MARIUS MOLSA.

CI.

TAm lepido Tuſcas coluiſti carmine muſas,
Itala quo ſtudio tota juventa calet:
Tam docte citharam pulſaſti Molſa Latinam,
Quam vetera aptarunt ſæcula, noſtra colunt:
Ut decus Auſoniæ merito dicare Camœnæ
Illuſtraſſe novum, reſtituiſſe vetus.

MOLSÆ Mutinenſis ingenio adeo benigne faverunt Muſæ, ut nullo pæne negotio Etruſca Latinaque carmina funderet: quibus numerabatur inter principes Poetas ſuæ tempeſtatis, qua clarisſimorum ingeniorum nulla feracior fuit. A

ſummis ac principibus viris in familiaritatem ſæpe vocatus, oblatam augendæ dignitatis meliorisque fortunæ occaſionem perpetuo reſpuit. Ejus immaturum obitum omnes Itali eruditi tanquam fratris ac ſocii fleverunt.

ANTONIUS GALATHEUS.

CII.

TAlis Japygiam Galathei ſubjicit ordo
Menti, oculis credas ut minus ipſe tuis.
Ille etiam teneros non dedignatus amores,
Increpuit Tuſca carmina culta lyra.
Barbita nec tantum Phœbus conceſſerat illi,
Sed foret ut nunquam caſſa ſalute manus.
Hiſtoricus, vates, medicus, res, pectora, vitam
Fert fama, mulcet carmine, ſervat ope.

HIC Salentinus fuit illuſtris Philoſophus, medicus ac Poeta Pontano charus, & Hermolao Barbaro, ſcripſit Poemata Etruſca, phyſicas quæſtiones, & Japygiæ Chorographiam, & feſtiviſſimo carmine Podagræ encomium.

ANTONIUS TILESIUS.

CIII.

SUas Tileſius minutiore
Muſas lemmate, ſed novo & faceto
Sic exercuit, ut decus Poëtæ
Ferat perlepidi ac perelegantis.
Sic natus Veneris, vel Adriani
Puer, quos animavit arte cælum

Longe

Longe plus oculos tenent peritos,
Quam moleſue gigantis invenuſta,
Dolatus ve manu rudi coloſſus:
Hoc & Tileſius videbat, unde
Ducit pulcrius eſſe, judicetur
Si, dum parua canit Poëta magnus,
Quam ſi magna canens Poëta parvus.

TILESIUS Coſentinus in tenui ſemper materia verſatus, egregii Poetæ nomen meruit, extant ejus poemata, quæ Clemente VII. Pont. Max. publicavit.

GABRIEL ALTILIUS.
CIV.

Carminis arguti, dulces qui ſpiret amores,
Altilio palmam detulit ipſa Venus.
Sic decuit vatem, quem culta Neapolis inter
Perpetui voluit vivere veris opes.
Unde ſuas lecto diſtinxit flore camœnas,
Struxit & Aoniis condita mella favis:
Enthea quos Phœbi libabit turba liquores,
Citria dum gignet Parthenopeque roſas.

ALTILIUM Lucania genitum eadem tempeſtate Neapolis ſuſpexit, qua Pontanum, & Sannazarium pari poetices ſtudio florentes. Ex ejus Poematis Epithalamium me legiſſe memini, & pauca quædam epigrammata, quæ ſatis eum in Poeſi excelluiſſe declarant.

JANUS PARRHASIUS.
CV.

Ille ſui Janus ſæcli Varro, Ille veternum
Torpentem excuſſit, turba magiſtra, tibi.

Abdita Cecropiæ doctrinæ clauſtra refregit,
In Latiumque tuas tranſtulit Hellas opes.
Nec ſatis eſt veterum quod vatum ænigmata ſolvat,
Ille etiam numeros exprimit arte pari.

PARRHASIUS Coſentinus vir eruditione non vulgari, nullique profeſſorum latinæ eloquentiæ ſecundus, ſumma cum laude Mediolani, ac Romæ litteras publice docuit. Extant ejus commentaria in Claudianum ac Naſonis Ibin, & liber præclarus de rebus per epiſtolam quæſitis.

CÆLIUS CALCAGNINUS. CVI.

Libera dum pedibus texebas ſcripta, diſerti
Riſiſti magnas tum Ciceronis opes.
Eloquii expertes ſic Calcagnine libelli,
Judice neglecti poſteritate jacent.
Et merito: quid enim, Tulli niſi theca colores
Suppeditet, Latii charta nitoris habet?
Haud tamen, adſtricto pedibus dum carmine ludis,
Quem tua tunc nullum Muſa ſequatur habet.
Pelignas nunc illa fides, nunc Appula plectra,
Et Charitum & Veneris freta favore, movet.
Unde places: plauditque tibi cenſura nepotum:
Turbaque docta tuos combibit aure modos.
Mi-

Mirantem veteres, cum te miretur & ipſa,
Hos quoque ſpernentem ſpernat ut illa decet.

HIC Ferrariæ natus literas, quas non levi operâ attigerat, publice docuit: quæ ſoluta oratione ſcripſit, doctrina magis quàm ſtylo commendantur: at in carmine condendo non incelebris poetæ famam tulit. Extant tum opuſcula, tum poemata ſeorſum typis excuſa. Vixit Alphonſo, & Hercule ſecundo Eſtenſibus patriæ imperantibus.

LILIUS GREGORIUS GIRALDUS. CVII.

VOta poëtarum ſæpe ut longinqua vetuſtas
Irritet, Alcæus Steſichorusque docent,
Atque alii, Hyblæis quorum lita carmina ſuccis
Par erat innumeras vincere Olympiadas.
Hac tu Cecropios, Lili, miſerate Poëtas
Temporis indigna conditione premi,
Quorum jam egregios abolerunt fata labores,
Ipſe perire pari nomina ſorte vetas:
Ingeniisque ſuis quod non meruere Poëtæ,
Hoc genio debent; docte Giralde, tuo.

FERRARIA Lilium Giraldum per eadem tempora protulit, quibus & Cælium omni litteratura expolitum. Cujus inſignes extant Dialogi, veterum Græcorum Poetarum vitas accurate deſcribentes. Alius item de noſtri temporis Poetis, inter quos non ultimum obtinuit gradum, ut publicata ejus carmina teſtantur.

AUGUSTINUS JUSTINIANUS.

CVIII.

Hiſtoriam Ligutum priſco dum texis ab ævo,
Gratus es in patriam Juſtiniane tuam.
At Solymæ & Syræ reſeras myſteria linguæ,
Sacraque das Arabis dum monimenta notis,
Non patriam modo, non Italos, non denique ſolum
Chriſticolum certas demeruiſſe genus:
Sed gelidique Scythæ, & quos India toſta colorat,
Acceptum referant quod tibi, munus habent.

AUG. Juſtini anum Dominicani inſtituti Monachum edidit Genua, Hebraicæ, Syræ, Arabicæ, & Græcæ linguæ peritia clarum, quibus conſcriptos ſacros Hebræorum libros, additis ſuis non ineruditis annotationibus ex Rabbinorum fontibus derivatis publicavit: ſcripſit & Patriæ hiſtoriam.

ROBERTUS VALTURIUS.

CIX.

ARs nulla priſco eſt uſitata ſæculo,
Non excitarit quam recens induſtria:
Excogitarit hæc tamen cum plurima,
Avita quæ vis neſciebat ingeni:
En bellicarum machinarum tot typos
Valturii nunc exprimit ſagacitas,
Quarum ante ſæcla ceſſat uſus plus decem.

Au-

Audacia quid hac felicius ? quid eſt,
Quod aſſequi hæc deſperet ætas, artibus
Et aucta priſcis, & ſuis dives ſatis ?

HUNC Ariminenſem fuiſſe arbitror autorem præclari illius libri quo veteres Græcorum, & Romanorum bellicæ machinæ accuratisſime conquiſitæ deſcribuntur oculisque legentium repræſentantur. Vixit Sigismundo Malateſta Ariminum tyrannide opprimente.

MATTHÆUS PALMERIUS. CX.

TU quoque Palmeri verſu memorabere noſtro,
Et Tuſca, & Latia nobilitate lyra,
Palladias cujus celebrat facundia Piſas,
Euſebiique ſuo fine coronat opus.
Felix, hac tua ſi contenta audacia laude
Ingenii haud nervis majus adiſſet opus.
Aſtra ſed affectas ſtolido dum more gigantum,
Par ſequitur culpam rite ruina parem.

HUNC pari felicitate Latina, atque Etruſca carmina facientem, Florentia tot ingeniorum mater in lucem dedit. Extat & ejus hiſtoria Piſana, & ſupplementum chronicorum Euſebii. Opus vero ad inſtar Dantinae comœdiae, quod in eo quaedam Arianam pravitatem redolere viderentur, à Theologis merito damnatum eſt.

JACOBUS ANGELUS. CXI.

SPectandum qui oculis totum ſubjecerat orbem,

Et loca per partes quæque notata ſuas,
Fluminaque immenſumque fretum, fontesque, lacusque,
Oppidaque , & montes innumerasque plagas,
Plurima perpeſſus carioſæ damna ſenectæ,
Egebat propria jam Ptolemæus ope:
Angelus hunc miſerans, convulſos digerit artus,
In priſcumque vocat ſingula membra decus.
Res operoſa quidem, tabulis complectier orbem,
Et totum in partes diſtribuiſſe ſuas:
Hæc iterum diſiecta tamen conjungere, & ipſum
Corrigere autorem, res operoſa magis.

JACOBUS Angelus Florentinus Ptolemaei Cosmographiam ex Graecis exemplaribus mira diligentia reſtituit, & Adriano V. Pont. max. obtulit, primus in hac laudatisſima palaeſtra feliciter verſatus.

POLYDORUS VIRGILIUS. CXII.

INvenerit quam quisque rem claram doces
Abusque prima ſæculorum origine
Scrutatus artes, ac magiſtros artium.
Parem nepotes gratiam ut referant tibi,
Hos inter ipſos, quos celebras, te inſerunt:
Commenti & hujus primus autor diceris.

HUNC

HUNC Urbinum produxit, ſuſcepit ac fovit Anglia: cujus hiſtoriam beneficii memor litteris commendavit. Scripſit etiam egregio commento nobilem librum de inventoribus rerum.

PAULUS AIMILIUS.

CXIII.

A Gallis fundata memor ſua mœnia, primum
Quæ poſuitBrenno ſub duce lecta manus,
Aimilium Verona tibi conceſſit alumnum,
Gallia: ſit meritis gratus ut ille tuis.
Juſſa facit: longa & jam pæne obducta ſenecta,
Gallorum repetit ſplendida facta ducum.
Priſca novo an dubium eſt ſit gratia munere victa,
Pluſue domos fuerit condere,an hiſtoriam?

HUNC Verona patria ad ſe proficiſcentem excepit Ludovicus XII. rex Gallorum, ſummaque liberalitate proſequutus impulit ad Gallicam hiſtoriam brevi dilucidoque ſtylo conſcribendam: quo in negotio ſumma cum laude, doctorum judicio, verſatus eſt.

NICOLAUS TEGRIMUS.

CXIV.

PAtria te peperit: patriæ tu Tegrime condis
Hiſtoriam; merito proſequeriſque pari.
Hæc, qua te peperit, proprium decus edidit hora:
Hanc

Hanc celebrans, proprium quæris & ipſe decus.
Felix tu patria, te felix Tegrime Luca eſt:
Quippe datis recipit, cum dat uterque, magis.

TEGRIMVS Lucenſis Juriſconſultus patriam hiſtoriam egregia fide perſcripſit.

BAPTISTA FULGOSIUS. CXV.

FUlgoſi hiſtoriæ per florida rura vagatus,
Cogis in alveolum ſingula mella tuum.
Qualia congeſſit parco nimis ille labore
Maximus, eſt titulo qui minor ipſe ſuo.
Hæc tu ſplendidior promis magis ubere quadra,
Fulgoſi: & titulo dignus es ipſe tuo.

FVLGOSIVM hunc ſibi civem & principem Genua protulit: qui à ſuis principatu ſpoliatus animum ad ſcribendum adjecit. Imitatus Val. Maximum, multo quam ille exemplis inſtructiorem Memorabilium librum patria lingua edidit: quem poſtea Camillus Chilinus Mediolanenſis Latinitate donavit.

COSMUS PACTIUS, ARCHIEPISC. FLORENT. CXVI.

ILluſtrem Tyrii poſt verſa volumina fama
Ante diem Coſmum mors inopina rapit.
Huic conſanguinei ſperatum munere Papæ
Oſtrum intercepit mors ſimul ante diem.
Sed non qvem Tyrii ſpoliavit honore galeri,
Quod decus huic Tyrii dat liber, illa rapit.

HVNC Florentiæ civem, & antiſtitem, mox etiam à Leone X. conſanguineo Cardinalem deſignatum mors immatura praeripuit. Maximi Tyrii Platonici opera, quae extant, accurate in Latinum ſermonem vertit.

BENEDICTUS JOVIUS.
CXVII.

Diſticha ſcripſiſti: brevius quid? ſed tibi (longum
Muſa brevis feret in ſæcula multa decus.

HIC Novocomenſis fuit: quem frater Paullus Jovius patriam hiſtoriam moresque ac res geſtas Helvetiorum ſcripſiſſe memoriæ prodit. Extant etiam ejus Poemata; Diſticha imprimis arguta brevitate concluſa.

PAVLVS JOVIVS EPISC. NVCERINVS.
CXVIII.

QVod patriam hiſtoriæ raro exornarit honore
Ingenii ſtudium, maxime Paule, tui,
Grande quidem meritum eſt: at ſi fas vera fateri,
Debeat illa tibi eſt qua ratione magis.
Verum haud illa modo, Latii ſed & inclyta proles,
Munere quæ vincet ſæcula longa tuo.
Ad Phœbi vel Martis opus dum nata recenſes
Pectora, nec celebri laude carere ſinis;
Par tibi poſt genitos devincit gratia, noſſe
Das quibus inſignes poſt ſua fata viros.

De-

Debitor ipſe tibi tali pro munere, grates
Officio meditor perſoluiſſe pari.

PAVLLVS Jovius Novocomenſis medicus & hiſtoricus de poſteritate multis nominibus optime meritus eſt. Scripſit librum de piſcibus, Hiſtoriam ſuorum temporum paullo altius repetitam, plures etiam varia materia libellos: praecipue vero commendantur Elogia ducum re militari illuſtrium, & litteris clarorum virorum. Quod poſtremum opus laborem hunc noſtrum majorem in modum juvit. Floruit imprimis Paullo III. Pont. Max.

LAZARVS BONAMICVS.

CXIX.

QVod noſtrum in Latium priſcæ revocantur Athenæ,
Quod viget eloquium, carmen & hiſtoria,
Aurea quod ſtudiis renovantur ſæcula, totum
Hoc Patavi debet, Lazare, terra tibi.

BASSANI natus eſt Lazarus Bonamicus, qui Patavii Graecas & Latinas litteras publice ea auditorum frequentia, ea eruditione profeſſus eſt, ut huic praeceptori magna ex parte noſtrae tempeſtatis praeclara ingenia accepta referamus. Extant ejus epiſtolae aliquot & libelli, extant & carmina iterum à nobis publicata.

PETRVS BEMBVS, CARDINALIS

CXX.

QVæ ſat digna queant venerari carmina Bembum?

Quæ ſatis in tantum lingua diſerta virum?
Eloquione canam valeas quid Bembe Latino?
Lingua ſed has laudes poſcit Etruſca ſibi.
Anne tuis jactet quam ſe ſe Etruria rythmis?
Roma canit verſus non minus ipſa tuos.
Hos licet ingenii haud æqvaverit ullus honores,
Non tamen hæc animi ſunt bona prima tui.
Sed gravitas, ullisque malis mens neſcia flecti,
Pectus & haud ficta relligione calens:
Et quæcumque bonas oſtro inſignire per artes,
Inſerere & ſummis te potuere viris.
Indignos, fateor, multos quoque purpura velat:
Aſt inſperanti cui datur, ille meret.

PETRVS Bembus patricius Venetus rariſſimae felicitatis exemplum, in quo virtuti fortuna comes ſemper fuit, Latinas Tuſcasque litteras primus ad priſcam illam puritatem revocavit. Quid plura? Orator, Hiſtoricus, poeta in utraque lingua principem adhuc inter aetatis noſtrae ingenia locum obtinet. eum nihil tale cogitantem Paullus III. nobili illa Cardinalium creatione in ſacrum Collegium cooptavit. Obiit eodem Pontif. Max.

JACOBVS SADOLETVS CARD. CXXI.

MOlſa velut teneri, ſancti ut Corteſius oris, Ter-

Tertius es Mutinæ tu Sadolete nitor.
Tertius haud tamen ipſe gradu, nec tempore, quando
Vos ſtudiis ætas una eademque dedit.
Illorumque licet neutrum Mutina ipſa tuliſſet,
Sat fuerat titulis patria clara tuis.

JAC. Sadoletum Mutinenſem eadem, quae Bembum, virtus Paullo III. commendavit, ut ad Epiſcopatum Carpentoracten. ſacrae purpurae ornamentum accederet. Sacris litteris eloquentiam quaſi condimentum addidit. Multa ſcripſit ſui ordinis viro digna: ex quibus praecipue laudibus in cœlum tollitur Hortenſius dialogus: laudantur & Epiſtolae. Poeticam eum non infeliciter attigiſſe argumento ſunt Laocoontis ſtatua, & Curtii Romani virtus heroicis decantata.

JO. BAPTISTA EGNATIVS. CXXII.

NVlla fuit veterum pars laudis in urbe Quiritum,
Cujus par Veneta non ſit in urbe decus.
Marte, togaque licet Romanis æmula factis,
Haud tamen in Romam hæc officioſa minus:
Te ſiquidem, Egnati, peperit, ſollertia cujus
Eruit à priſco tot monimenta ſitu:
Auguſtos memorans qui prima ab origine reges,
Tam bene Romanæ conſulis hiſtoriæ.
Verum Romuleis proprios dum jungis honores,
Et patriæ & demum conſulis ipſe tibi.

EG-

EGNATIUS Venetiis nobili genere ortus ingenium omnigena litteratura excoluit. Totius antiquitatis peritiſſimus veteres autores mendis repurgavit: ſuum ſtylum ſic exercuit, ut eximiis ſcriptoribus annumeretur: à poeſi eum non abhorruiſſe declarat Panegyricus in victoriam Franciſci Regis ad Marignanum. Emendavit Suetonium: Scripſit exempla illuſtrium virorum Venetæ civitatis. Vitas Imperatorum ab Auguſti temporibus ad ſua, dilucida brevitate pertexuit.

HIERONYMUS FRACASTORIVS. CXXIII.

Ante ſuo quamvis tumuit Verona Catullo,
Et fuit é claris urbibus una diu:
Attamen invidit primam tibi, Mantua, palmam
Hæc non læta ſatis proximiore gradu.
Atque aliquem, poſſit quem magnò æquare Maroni,
Sollicita Phœbum det ſibi voce rogat.
At Fracaſtorium lætis excepit ut ulnis,
Plus aliquid votis dat mihi Phœbus, ait.

NULLUM, qui Fracaſtorio Veronenſi propius ad Maronis majeſtatem acceſſerit, poetam Italia unquam protulit. Medicum etiam eum ac philoſophum fuiſſe illuſtrem, una cum poematis publicata opera declarant.

HIERONYMUS VIDA, ALBÆ EPISCOPUS. CXXIV.

Seria nil Vidæ, niſi CHriſtum, pagina cantat

Aut famulos CHriſti quos ſua vita probat.
Ludicra nil Vidæ, niſi ſalvo, charta, pudore
Ludit; cùmque placet non iuvat ille minus:
Pontificis ſiquidem novit ſervare decorum
Ludicra Vida canens, ſeria Vida canens.

VIDA Cremonenſis Chriſteide illa divina, cæterisque Carminibus ſatis nobilis, commendatione noſtra non indiget.

PIERIVS VALERIANUS.

CXXV.

QUæris; qua ſtudium magis hic exercuit arte?
Te docet id, lector, non ego, ſed titulus.

PIERIO Valeriano patria fuit Bellunum, qui à patruo Urbano Valeriano liberalibus ſtudiis imbutus ad ſummum eruditionis gradum evaſit. Hippolyti Medices Cardinalis doctiſſimi atque humaniſſimi principis præceptor fuit. Scripſit Hieroglyphica, & carmina, quæ à doctis pari calculo commendantur.

GEORGIUS TRISSINUS.

CXXVI.

TRiſſine, cui Tuſco ſunt pulpita trita cothurno,
Itala dum primus fletibus ora rigas,
Sedulus obſervas Stagyrei dogma magiſtri:
Inter & extremum carpis utrumque viam.

Ut

Ut neque de inſonti ſumantur ſanguine pœnæ:
Dignáque culpa tamen ſit leviore malo.
Fas ſit vera loqui; non hoc moderamen Achivis
Vatibus, aut Tragica tantus in arte labos.
Hinc haud tale tribus numeroſa Tragœdia Graiis,
Unica quale tibi dat Sophoniſba decus.

TRISSINUS Veicetinus Etruſcas litteras earumque orthographiam ad ſeveriores leges revocavit. Rhythmorum homœoptoto verſum claudentium ab aliis conquiſitas illecebras primus contempſit: & illud carminis genus excogitavit, qui nunc a nobis Italis Rhythmus vocatur ſolutus: in quo cum labor ſimiliter deſinentium vocum conquirendarum ſit penitus ſublatus, illud ſeverius cavetur, ut quantum anxiæ illi curioſitati demitur, tantum ſententiarum acrimoniæ, verborum delectui, troporum varietati, numeris denique accedat: neque tamen illa homœoteleuton perpetua vitatio nullam affert ſollicitudinem. Hoc carminis genere Sophonisbam Tragœdiam edidit adeo accurate ad Ariſtotelicam normam elaboratam, ut Græcis palmam præripuiſſe judicetur. Scripſit etiam grandi Heroico Italiæ liberationem.

HIPPOLYTUS MEDICES CARD. CXXVII.

O Media Latio flos intercepte iuventa,
Quo ſpes Italiæ tota cadente cadit.

Grande decus Medicum, ſtatio tutiſſima Muſis,
Martis honos, ſplendor purpureique chori.
Terra Latina tuo vidit nil clarius ortu,
Nil obitu vidit triſtius ipſa tuo.

HIC non Florentiæ modo, ſed totius Italiæ nobilisſima Medicum familia ortus eſt: quæ tribus ſummis Pontif. Regulis quatuor, Regina una merito gloriatur. Liberales omnes artes & in ſe ut eſſent operam dedit, & in aliis ſitas eo honore proſequutus eſt, ut ſicuti avus Laurentius literarum, ita ipſe literatorum pater ſit habitus. Cujus inſigne illud memoratur dictum, quo domus ſuæ diſpenſatori argute reſpondit. Nam Bononiæ cum ſupra trecentos familiares aleret pleroſque literatos, idque patruus Pontifex reſciſcens diſpenſatorem magnam eorum partem è domeſticorum albo expungere jusſiſſet, ob id (ut dicebat) quod Cardinali eo hominum numero opus non eſſet: id ubi renuntiatum eſt, expungi illos vetuit. Non hi (inquit) ob id à me aluntur, quod eorum opera indigeam: ſed ipſi propterea mea egent opera, ut alantur. Extat 2. liber Æneidos ab eo Italice redditus. Obiit pæne adoleſcens ingenti totius Italiæ luctu, non ſine ſuſpicione dati veneni, circa initia pontificatus Paulli III.

M. ANTONIUS FLAMINIUS: CXXVIII.

PUram Flaminius latinitatem
Ter quinis prope ſæculis ſepultam

Exci-

Excitavit ab inferis, & arte
Mira reſtituit ſuo nitori
Eidem, quem prius obtinebat illo
Sæculo Ciceronis & Maronis.
Gaude Roma nitens, beata gaude.
An quicquam poterat tibi obtigiſſe
Inſperatius hoc, beatiúſve?
Nam quod fata tibi dedere avara
Olim permodicos fruendum in annos
Poſt commercia fœda barbarorum,
Tot incendia, tótque poſt ruinas,
Linguæ munditias politioris
Et flores nitidæ tibi loquelæ
Felix Flaminii redûxit ardor:
Qui ſacris ſtudiis parem dicavit
Curam: ut nec magis hoc pius poëta,
Nec myſtes fuerit magis diſertus.

M. Ant. Flaminio poetæ, oratori, Philoſopho, Theologo æque illuſtri Forum Cornelii fuit patria. Extant ejus poemata vario tum carmine tum ſtylo elegantisſime elaborata. Extat & Pſalmorum triginta poetica, totius vero operis Pſalmorum ſoluta oratione paraphraſis. Leguntur etiam Italico ſermone puriſſime conſcriptæ Epiſtolæ.

ANDREAS ALCIATUS.

CXXIX.

Chara mihi ante alias urbs, noſtræ gentis origo,
Et cui debentur teneris documenta ſub annis,
Prima meis, quam natali præponimus oræ,

Inſubrum regina; tibi quò munere grates
Uberius referam, quàm ſi, quo ſidera adibas
Alciati æternis intexam nomina chartis?
Clariús hoc non priſca tibi, non ultima ſæcla
Conceſſere decus; princeps polluta nefando
Barbariæ ſancta heu legum myſteria monſtro,
Herculea purgavit ope; & vivacia ferro
Colla renaſcentis ſuperavit & ignibus hydræ.
Hic, quam compedibus miſerè conſtrinxerat audax
In ſcelus omne, dolis fucans violentia rectum,
Iuſtitiam cæco produxit carcere in auras,
Fallendique artes ſublata ambage retexit.
Margine qua Siculo tellus ad littus Iberum
Porrigitur, quaque Æmonias declinat ad Arctos
In Scythicum pelagus, ripàmque binominis Iſtri.
Noſſe quibus labor eſt veterum decreta Quiritum,
Hoc duce ſacra petunt priſci penetralia juris:
Hoc ſine tuta via eſt nulli: veſtigia ſi quis
Alterius premat, in præceps hunc devius error
Tranſuerſum trahit, & ſperato fruſtrat honore.

ANDREAS in Alciato Mediolanenſi pago natus ſexcentos ante annos à barbaris hominibus capti-

ptivam detentam Jurisprudentiam primus in libertatem aſſeruit. Ab illis enim elegantiſſima veterum Jureconſultorum reſponſa fœdis & ineptis commentariis deturpata, locis etiam innumeris ob inſcitiam depravata reſtituit, & priſtino nitori reddidit, ſuis ea doctiſſimis æque ac elegantiſſimis notis illuſtrans. Teruntur quotidie doctorum manibus numeroſa ejus de jure civili volumina: quibus magiſtris apud Tranſalpinas nationes illuſtres emerſerunt jureconſulti, Duareni, Cujacii, Zaſii, Otomani, & alii, quorum fama pervulgata eſt. Poëticam feliciſſime eum attigiſſe argumento ſunt Emblemata toties typis recuſa, atque in Italicam Gallicam & Hiſpanicam linguam converſa.

ROMULUS AMASÆUS.

CXXX.

QUem Graiæ fœcunda capit facundia linguæ
Arte pari Latios iuſſa ſubire modos,
Voluat Amaſæus quæcunque volumina vertit
Romane, Græcas depopulatus opes.
Quem magis ille capit, nova qui de pectore promens
Conferat ingenti cum Cicerone gradum,
Qui ſibi Amaſæum præſcribunt fronte libelli,
Hos legat: & Tulli grande putabit opus.
Par, diſparque decus fert duplex Romulus urbi:
Dat novus hic priſcum, priſcus ut ille novum.

AMASÆUS Bononienſis Græcis vertendis primam noſtra ætate gloriam eſt conſecutus. Extat Pauſanias ab eo latinitate donatus: quædam etiam Xenophontis opera. Scripſit Scholas duas de ratione inſtituendi, & de dignitate Latinæ linguæ adverſus Etruſcos, libros duos: leguntur etiam nonnullæ ejusdem epiſtolæ.

HONORATUS FASCITELLUS, EPISC. INSULEN. CXXXI,

FAſcitelle ſatum blandæ Seirenis ad urbem
 Te probat ille, madent quo tua plectra, lepos.
Parthenope æternos veris tua funditihonores
 Perpetuo vernat flore camœna tibi.
Citria nativo patriæ auro mala renident:
 Aurea ſunt muſæ pignora cuncta tuæ.
Quam tibi cum patria bene convenit? illa poetæ
 Eſt patria, at patriæ es ipſe poeta tuæ.

FASCITELLUM protulit Neapolis, Cardinali Farneſio ob ingenii elegantiam charum: à quo & Epiſcopatu honeſtatus eſt. Puriſſima ejus & dulciſſima poëmata, quotquot in manus noſtras venerunt typis exaranda curavimus primo volumine Carminum illuſtrium poetarum Italorum. Multo tamen majorem carminum numerum, nondum luce donatum poëtices ſtudioſi deſiderant: quæ aliquando proditura non deſperamus.

BA-

BASILIUS ZANCHIUS.
CXXXII.

VErnantes Sophiæ cantavit Zanchius hortos,
Quos prius impigro triverat ipſe gradu:
Empedoclisque ſequens ſublimis & orſa Lucreti,
Charta ſimul placeat, proſit & una facit.
Non bene (Flaccus ait) diſiungitur utile dulci:
Eſca gulæ & ſtomacho quæ ſapit, illa iuvat.

ZANCHIUM aſperis cautibus impoſita Bergomum ſuaviſſimi ingenii virum in lucem edidit: cujus ornatisſima poemata Baſileæ impreſſa nemo eſt humanis literis mediocriter tinctus qui non lectitarit.

PAULUS PANSA.
CXXXIII.

QUi teneri manes numeroſo crrmine Molſæ
Defleſti Aonidum collacrymante choro:
Damna pudicitiæ ut nec defleat Attica virgo,
Dulcius aut cycnus fata propinqua gemat,
Officio te Panſa pari, ſed diſpare verſu
Proſequor, ad manes inferiáſque fero.
Incultis cum culta tamen, cum plurima paucis
Munerer, hæc animo maxima dantis erunt.

PAULLI Panſæ Romani (ut arbitror) in Marii Molſæ obitum omnibus numeris abſoluta circumfertur Elegia, qua una exacti poetæ dignitatem abunde tuetur.

JO. BAPTISTA SANGA.
CXXXIV.

SErmone quamvis plurimum vernaculo,
Cui principatum nationes exteræ
Une ore cunctæ deferunt, præcelleret,
Primoque Sanga conſideret in gradu:
Non ille linguæ Romulæ priſcum decus
Iis uſitato reſpuit faſtidio,
Qui conſequi quænon valent,ea improbant:
Utraque ſed ſic polluit facundia,
Sit vetere Roma & civis ut dignus nova.

SANGA Romanus penes ampliſſimos viros eo munere functus eſt, quod vulgo Secretarii vocant, veteres dicebant ab Epiſtolis. Cujus Epiſtolæ Italica lingua conſcriptæ principem eum in illo genere fuiſſe declarant. Attigit Latinam poeſim non infeliciter.

FRANCISCUS BERNIUS.
CXXXV.

CEdite Romanique ſales,& cedite Graji,
Urbano & quiſquis tincta lepore canit.
Bernius eſt, cui ſola Venus ſe pandit,ab ipſo
Cui ſe detexit vertice nuda Charis.
Mira fides: ars nulla linit quæ carmina fuco
His facile exprimere eſt arte polita magis.

Felix

Felix quem nullo decorat laus parta labore,
Quæ vigili ſtudio ſæpe petita fugit.

BIBLENA Etruriæ oppidum Berniam protulit Jocoſi carminis autorem, quem multa præclara ingenia ſunt æmulata non irrito conatu, nullum tamen nativa illa urbanitate nulla arte quæſita ſuperavit. Hujus etiam leguntur Latini Elegi.

JACOBUS BONFADIUS.

CXXXVI.

NOn minus intumuit nuper Benacus alumni
Bonfadii, ac Muſis docte Catulle tuis.
Bis tamen infelix: rapuit nam Roma Catullum:
Bonfadium leto das ſcelerate Ligur.
Hiſtoria æternum cuius fera Genua vivis,
Immeritum ſæva lege necare potes?
Mitius eſt quod te ſpumanti vortice marmor
Tundit: & es ſcopulis durior ipſa tuis.

BONFADIUS in Veronenſi agro, ad Benacum natus, in Epiſtolis familiaribus Etruſca lingua, tenui ſtylo ac preſſo compoſitis, omnium princeps habetur: ſcripſit & pari candore Latina carmina. Genuenſium inchoavit hiſtoriam, à quibus indigniſſime necatus eſt, & flammis abſumptus.

PETRUS ARRETINUS.

CXXXVII.

POntificum, Regumve minæ, rigidæve ſecures

Tor-

Tortorum nullum cui peperere metum:
Cujus, mordaci quæcunque aſperſit aceto,
Si quis ſcripta modis conferat Archilochi:
Plumbea tela caput (dicat) petiere Lycambis:
Hic chalybum ſtricto corda mucrone fodit:
Petrus hic eſt cui plus tribuere ſilentia lucri
Innumeris vatum quam ſua muſa choris.
Non etenim Cynica ſic paupertate tumebat,
Geſtiit ut Cynico figere dente notas.
Unde etiam Stygias latratu territat umbras;
Et bene Cerbereas nunc obit ille vices.

PETRUS Arretinus nullis litteris imbutus, ad miraculum usque ingenio præſtitit: cui ad maledicendum proclivi indulgens, nulli hominum ordini ſcriptis ſuis pepercit, ita ut cum omnium animos dicacitate ſua oblectet, omnium tamen odium ſit promeritus. Flagellum Principum cognominatus eſt, à quorum magno numero mercedes annuas exigebat, ne eos maledicentia læderet. Conſtat eum & à Solimano potentiſſimo totius orientis tyranno, & à Barbaruſſa archipirata nobiliſſimo ultro oblata munera accepiſſe. Eidem Carolus V. Cæſar, Rex Gallorum, & alii reguli complures ſponte ſua annuum tributum penderunt. Sed hoc pacto principibus inſultantem, omnibusque formidabilem Nicolaus Francus Beneventanus centum Italicis (ut vocant) Sonetis perpetuis infamiæ notis inuſtum, hactenus coercuit, ut ſilentium indixerit: deque ejus maledi-

ledicentiſſimo faſtu triumphans orbi ridendum propinaverit. Innumera edidit volumina, quæ qua facilitate in lucem prodierunt, eadem jam prope funditus interierunt, ſacroſanctæ Tridentinæ Synodi cenſura merito notata.

GABRIEL FAERNUS. CXXXVIII.

Si linguæ Latiæ politioris
Omnis munditiés, lepos, venuſtas
Periſſent penituſque funditusque,
Omnino nihil ut ſuper nitoris
Foret, barbaria omnia occupante:
Pectus attamen unius Faerni
Muſarum & Charitum manu politum
Linguæ divitias politioris
Omnes promeret, uberique vena
Flumen funderet aureæ loquelæ.
Ut jam non Ciceronis, aut Terenti,
Cultive ingenium expetat Catulli,
Cui fas ſit lepido frui Faerno,
Cui nervi Ciceronis, & Terenti
Candor, inſitus & lepor Catulli eſt.

FAERNUS Cremonenſis adeo religioſe Latinas litteras coluit, ut ejus ſcriptis nihil purius aut mundius deſiderari poſſit. Multa in optimos quosque autores commentatus eſt, multa ſuo marte elucubravit: centum fabulas vario carmine ſcitiſſime expreſſas & pauca quædam poemata.

JOANNES CASA, ARCHIEPISC. BENEVENTANUS. CXXXIX.

AEquat Petrarchæ, Caſa, te Florentia
Rhythmis Etruſcis dum canis Cupidinem

Ceda-

Sedatum, & ora qui pudore haud purpuret,
Boccatio verum illa non te comparat
Solum, ſed ultro te anteponendum putat.
Orationis ille quod faſtigium
Sublime neſcit, fabulæ addictus levi.
Hoc Tullianae ad inſtar ipſe fabricae es
Molitus usque ab infimo fundamine,
Addi ut ſupremae nil coronidi queat.
His occupatum quis Latina cenſeat
Tentaſſe? ſed tu patriae nil duxeras,
Linguae nitorem, Romulam affectans niſi
Jam Tullio atque cônferas Flacco gradum.
At Chriſtianae cura non levis tibi
Commiſſa cymbae, cui praeeſt vicarius
Petri (ſecundis quem terebas plauſibus)
Circo avocavit quicquid & reſtat tui
Nobis laboris, id perennem provocat
Sitim legendi poſteris, non eximit.

NULLIUS ingenium magis ad omnia quæ tentaſſet fuit accommodatum, quam Joannis Caſæ Florentini. Latine Epiſtolas, Hiſtoriam, orationes, varia poemata, pari ſucceſſu meditabatur. Etruſcis Rhythmis ſive feriis, ſive amatoriis, ſive ludicris ita præſtat, ut utrubi excellat ſemper ambigas. Jam ſoluta oratione idem aſſeqvutus eſt. nihil ejus oratione gravius, nihil epiſtola preſſius, nihil eo libro temperatius, quem Galateum inſcripſit. Extant tum Latina, tum Etruſca monimenta ſeorſum excuſa, hoc diſtichum in eum aliquando ex tempore luſimus, quod quia a judicioſis nonnullis probatur, ſubjunximus:

Cæ-

Cætera turbaDeûm cœli tenet aurea templa:
Collibitum eſt Muſis hanc habitare
Caſam.

ALOISIUS PRIULUS. CXL.

QVod Venerem patriis, numerisque Priule Latinis
Sic canis, hac nulli ut laude ſecundus eas,
Cauſſa ſubeſt: mediis genito tibi fluctibus illa,
Quid mirum eſt, medio ſi favet orta ſalo?
Et quæ (natus ubi es) Venetam cognominat urbem,
Ingenium civi ſufficit ipſa ſuo?

ALOISIUS Priulus Venetus utriusque linguæ poeſi clarus, inter ſumma proximæ ætatis ingenia merito recenſetur.

HIERONYMUS ULPIUS.
CXLI.

EXiguis vaſtum tabulis includere mundum,
Gnarus & ante oculos ponere utrumque polum,
Ulpius, Aonio novit quoque vertice Muſas
Deductas, Larii ſiſtere ad antra lacus.
Cui fuit anguſtis concluſus finibus orbis,
Hujus grande ſolum vix capit omne decus.

NOVOCOMENSIS Ulpius ætatis noſtræ Coſmographos longo poſt ſe ſpatio reliquit. Ejuſdem Epigram-

grammata acumen illud ſummum, à quo animam accipiunt, non ſine candore obtinent. Hujuſmodi ſunt pauca illa, quæ inter Carmina illuſtrium Poetarum Italorum publicavimus.

JULIUS CAMILLUS. CXLII.

TE Latiæ Tuſcæque Lyræ laus prima Camille,
Monſtroſi ingentisque repertor clare Theatri:
Illa cui cedunt ſeptem miracula mundi,
Garrula quæ tumido jactat ſermone vetuſtas:
Bisquinam nondum explentem trieterida acerbum
Abſtulit heu fatum: & vetuit mortalibus ægris
Indoctæ mentis denſas arcere tenebras.

JULIUS Camillus Hebraica omniumque orientalium linguarum peritiſſimus, univerſæ philoſophiæ peritiſſimos receſſus accurate perluſtravit, Hebræorum myſticas traditiones, quas Cabalam vocant, Ægyptiorum, Pythagoreorum, Platonicorum univerſa dogmata ſummo ſtudio feliciſſime aſſeqvutus. Omnium omnino artium ac ſcientiarum vocabula & præcepta portentoſo opere complexus eſt, quod ab ordine Theatrum nominavit. Hoc hactenus ab invidis ſupprimitur. Ejus cætera ſcripta Italica lingua Venetiis ſunt edita: quædam etiam Latina carmina nos edidimus.

TRY-

TRYPHON GABRIELIUS.

CXLIII.

TRyphonem Gabrielium loquetur
Omnis poſteritas: licet libellis
Nullis crediderit ſui beatas
Opes ingenii, nec æmulatus
Morem Socraticum allocutione
Formarit docilem ſua iuventam.
Famam quippe alia ſibi paravit
Via, iudicii ſui libellos
Expendens trutina, peritiorum
Quam nunquam verita eſt cohors ſubire,
Huic probata probans, notata damnans.
Ergo qui arbitrio ſuo perennem
His famam dedit atque ademit illis,
Ventura hunc poterunt ſilere ſæcla?

TRYPHONEM Gabrielium Venetum omni doctrina præſtantem ſuæ ætatis eruditi usque adeo ſuſpexerunt, ut nullam prius de ſuorum ſcriptorum æternitate ſpem conciperent, quam illius cenſuram ſubiiſſent. Quamobrem judicio cæteris omnibus præſtare creditus eſt. Nihil ab eo ſcriptum legi: audio tamen extare ejus librum de Sphærica ratione ex Macrobio.

OCTAVIUS PANTAGATHUS.

CXLIV.

EFfert Adria ſe ſuo Tryphone,
Tibiis Pantagatho ſuo intumeſcit:
Ille eſt lux Venetum, hic decus Quiritum,
Mirus arbiter utriuſque linguæ;

Quem Patrem ſtudioſus omnis ordo
Optavit ſibi: quippe litteratis
Cunctis præfuit, ut ſuis parentes
Natis: hoſque animo paterno amavit.
Sed qualis fuerit, ſatis ſuperque
Nomen Pantagathi docet, Patrisque.

OCTAVIO Pantagatho, Patri ab eruditis cognominato, Brixia eſt natale ſolum. Cujus in bonos autores caſtigationes multi docti viri commemorant. Bonfadius quadam epiſtola, ſe Octavii in orationem quampiam Ciceronis ait edidiſſe annotationes Venetiis.

IO. MATTHÆUS GIBERTUS, EPISCOPUS VERONENSIS.

CXLV.

INgenia hæc ætas quanquam parit æmula priſcis:
Non tamen illa pares fert probitate viros.
Extitit hoc virtus Giberti illuſtrior, ævum
Sortita eſt vitiis quo magis illa ferax.
Sic roſa brumali quoties caput extulit hora,
Intempeſtivo eſt grata nitore magis.

GIBERTUS Romæ natus eſt, homo antiqua probitate & moribus: quo nomine eum ſummi viri in pretio habuere, minores vero, veluti à cœlo demiſſum aliquem ſuſpexere. In ſibi commiſſa diœceſi Veronenſi ita verſatus eſt, ut integerrimi ſanctiſſimique epiſcopi exemplar ſit habitus. Fuit ipſe apprime litteratus: & bonarum artium peritos ſummo ſtudio fovit. Ejus liberalitate Joannis Chryſoſtomi Græcorum

rum

rum Theologorum principis ſcripta pene omnia ſua lingua excuſa poſteritati ſunt communicata. Ex hujus ſcriptis nullum mihi videre contigit, præter Epiſtolas paucas Italica lingua inter multarum Epiſtolarum farraginem editas: in quibus tanti viri ſanctitas & doctrina undique elucet.

IO. BARTOLOMÆUS MARLIANUS.
CXLVI.

HIc Romæ docet omnium locorum
Olim quis fuerit ſitus, noviſque
Jungit nomina priſca: quiſquis ergo
Urbem nunc oculo ſtupente luſtrat
Novam, præſidio ille Marliani
Urbem mente poteſt videre priſcam.
Sic quanquam periit vetuſta Roma, &
Rurſum Roma poteſt nova interire;
At nullum interitum tamen timebit
Scriptis utraque Roma Marliani.

QUANQUAM multi veteris Romæ ruinas ſuis ſcriptis redintegrare ſunt conati: illius tamen rudera adhuc irrediviva jacerent, niſi Marlianus Mediolanenſis patritius, concivis meus, operi manum admoviſſet, qui veteris Urbis Topographiam omnium feliciſſime ſeptem libris complexus eſt.

ALOISIUS A GONZAGA.
CXLVII.

UT primum Gonzaga tibi vitalia cœpit
Ducere felici ſtamina Parca colo:
Adſtitit hinc Mauors, hinc cunis pulcher Apollo,

Aſſerere infantem certus uterque ſibi.
Spicula iam pharetra hic, vagina ille eripit enſem:
Sumere nam diſcors iuſſerat arma furor.
At fratres Pallas concordi fœdere iunxit:
Serviet hic veſtrum (dixit) utrique puer.
Sic Gonzaga, tibi fuerit cum robur Achillis,
Etruſcis numeris alter Homerus eras.

ALOISIO Gonzagæ illuſtriſſima familia principum Mantuæ orto, Gazoli domino Rodomontis cognomen inditum eſt, quod omnes ætatis ſuæ mortales corporis animique robore ſuperarit. Italorum enim poëtarum figmentis Rodomantes vir fortiſſimus decantatur. Idem Etruſca carmina ſuaviſſimis numeris compoſuit: erat enim optimis litteris ad unguem expolitus.

NICOAAUS ARCHIUS.

CXLVIII.

Italis ora tuis Benace feracius undis
Nil habet, in geminum qua patet illa fretum.
Utque oleas ſileam, vineta, & citria ripis
Impoſita, & placido quod natat amne pecus:
Oppida quot, liquida quæ aſpergine lambis aquarum,
Omnigena exultos arte tulere viros?
Quos inter dominus præcelſi internitet Archi,
Exeris ipſe caput, quo modulante, vadis.

Cujus

Cujus longa dies abolebit carmina, cum tu
Flammivomo amiſſas ſidere flebis aquas.

NICOLAUS Arcbius Comes venuſtiſſimis verſibus amator e luſit, haud eruditione minus quam ſanguine nobilis.

LATINUS IUVENALIS.
CXLIX.

Hic ille eſt duplici velatus tempora myrto,
Dum per bina canit plectra ſonora Lycem.
Nam patrio ludens, ludens ſermone Latino,
Et patria & proprio nomine digna canit.

LATINUS Iuvenalis nobilis Romanus optimis artibus expolitus Paullo III. gratus fuit, ejuſque ad Venetam Rempub. legatus. Latina, vernaculaque poeſi concinne amores ſuos expreſſit.

CAMILLUS PALÆOTTUS.
CL.

Dum vatem, varii leges qui ſcripſit amoris,
In cælum celebri laude Camille vocas:
Id tam felici ſucceſſu perficis, ut te
Munere vix poſſet Naſo beare pari.

CAMILLUS Palæottus patritius Bononienſis vir doctiſſimus Bernardo Divitio Cardinali familiaris fuit. Ejus legitur Silua una, cui titulus eſt Amor: materia, Ovidii laudes.

I. M.

J. M. TOSCANI
PEPLUS ITALIÆ.
Liber Quartus.
JUL. CÆSAR SCALIGER.
CLI.

SUBLIMES Sophiæ melioris ad uſque receſſus
Qui patefecit iter, ſancti monimenta Platonis,
Et miris tecta involucris Stagireia voluens,
Sedulus æternis quæ illuſtrat dogmata chartis.
Cui totum à ſummo ſe vertice nuda retexit
Magna parens rerum, nec caſſo dextra labore
Cujus in humanos medicamina contulit uſus,
Scaliger heu patriis Veronæ extorris ab oris,
(Quam tamen hic ſceptro melius rexiſſet avito)
Venit Aquitani ſuprema ad littora ponti:
Atque illic vegetam maturo fine ſenectam
Clauſit, Burdigalæ, vel nobilis hoſpes Aginni.
Hic ſcalas geſtavit ad ardua culmina montis,
(Vera ubi perpetuas poſuit Sapientia ſedes)
Quæ

Quæ cupidos facili mortales tramite ducunt:
Et quarum gradibus cœli nunc arce potitur.

SCALIGERUM Verona patria profugum amice excepit Gallia. Genus duxit ex ea familia, quæ Veronæ imperium diu obtinuit, excellenti virtute viris clara. Quantus vir fuerit in omni litteratura plurima edita monimenta declarant: quorum indicem lectorem moneo ut petat ex primo volumine poematum, quæ a Iosepho filio, eruditiſſimo viro, ſuperioribus annis edita ſunt. Ibi enim ſecunda pagina catalogum exhibet operum omnium I. Cæſaris quotquot aut in lucem exierunt, aut adhuc in ſcriniis aſſervantur, aut aliquo caſu amiſſa perierunt.

FRANCISCUS ROBORTELLUS. CLII.

RObortelle tibi præclaras robur ad artes,
Visque animi nullo fracta labore fuit.
Nunc Sophiæ peragras lucos, nunc mollia tempe
Muſarum, eloquii nunc ſpatiare freto.
Et modo Pindarico modulans aſſurgis hiatu,
Spargis & arguto nunc epigramma ſale.
Et poterant hæc eſſe ſatis: niſi fervida virtus
Hiſtoriæ intactum non ſinat eſſe decus.
Hic licet intrepidum ſe opponat fortiter hoſtem,
Parva nec imponat vulnera Sigonius:
Objicis impavidum tamen in certamina pectus:
Aggreſſorque tuus, non quoque victor erat.

ROBORTELLUS Utinenſis Græcis litteris, ſi quis alius Italorum, fuit excultiſſimus. Callimachum & Æſchylum mendis innumeris repurgatos annotationibus illuſtravit. Annotationum libros duos edidit in varia autorum loca. Carmina fecit tum Latina tum Græca: ſed in Odis Pindaricis excellit. Ælianum de militaribus ordinibus figuris adornavit, & Latinum fecit: in Poeticam Ariſtotelis uberrimos fecit commentarios. Cum Romanæ hiſtoriæ antiquitates variis libellis attigiſſet, concitavit in ſe Carolum Sigonium, qui in eo genere excellit. Quare mutuis ſcriptis ſeſe invicem proſciderunt: ita tamen ut non obſcure Sigonius è certamine ſuperior diſceſſerit. obiit Patavii cum publice ſumma auditorum frequentia Græcas Latinasque litteras profiteretur.

VICTORIA COLUMNIA, uxor Piſcariæ Reguli. CLIII.

PRiſca quid hoc noſtro videre beatius ævo
Ingenia? ecquæ illis major clementia cœli
Fauſtius arriſit? Sed enim ſatis ante probatum eſt
Quid valeant hæc ſæcla viris: at temporis acti
Mirator jactabit adhuc, quam maſcula Sappho
Præcipuam Lyrico tulerit modulamine palmam:
TequeTanagreæ ſuperatum voce Corinnæ,
Pindare, dum quinto inferior certamine cedis. Huic

Huic ego te objiciam fauſtum Victoria nomen:
Quæ non priſca tuis tantum muliebria plectris
Plectra ſilere jubes, Romanaque Græcaque Tuſcis:
Sed (tua quæ virtus propria eſt) laſcivia verſus
Commaculat dum nulla tuos, tua muſa maritas
Extinctas flet mœſta faces, lectique jugalis
Sublimem ſocium mediis interſerit aſtris,
Æternive boni veros ſuſpirat amores:
Tantum ſola decus caſto fers carmine, quantum
Dedecus obſcœno Sapphoque Corrinnaque verſu.

EX totius Italiæ nobiliſſima Columniorum familia Romæ orta eſt Victoria corporis animique bonis inſtructiſſima fœmina, quæ cum Davalo Piſcariæ, ut vocant, Marchione fortiſſimo imperatore non diu in matrimonio vixit. Sed quanquam integra ætate eſſet, perpetuam ſibi ultro indixit viduitatem: quodque vitæ ſupererat, ſacris litteris, & cœleſti ſummo bono meditando dicavit. Etruſco carmine nulli poſt Petrarcam ſecunda, varia poemata edidit quibus mariti præmaturum obitum deflet, ac mortalium rerum amorem irridens, cœleſtium bonorum deſiderium exprimit.

AUGUSTINUS STEUCHUS, RISAMI EPISCOPUS CLIV.

CUjus nomen habes, hunc toto pectore reddis,
Auguſtine ſacro nobilis eloquio.
Felix, vis Sophiæ cujus per ſcripta perennat,
Et cui per Sophiam rite perennat honos.

AUGUSTINUS Eugubinus Theologus Hebraicis litteris inſtructiſſimus, vir multæ lectionis, nec minoris judicii, plura ſcripſit digna philoſopho Chriſtiano, quæ nuper ſimul excuſa ſunt Lutetiæ. Imprimis vero luculento de Perenni Philoſophia libro, dignus immortalitate iudicatur. Riſami epiſcopus creatus ſacræ Vaticanæ Bibliothecæ diu præfuit.

VERONICA GAMBARA. CLV.

GAmbara Corrigium decorat, Victoria Romam,
Utraque ſed ſexus debilioris honos.
Quamlibet his priſcam quis comparet heroinam,
Aut non docta, vel eſt illa pudica minus.

VERONICA Gambara Corrigienſis ſanctiſſima doctiſſimaque mulier, carmina ſcripſit gravitate & ſuavitate ita condita, ut utrum in iis ſuperet haud proclive ſit explicare. In epiſtolis vero non video cui noſtrorum temporum accurato ſcriptori cedere debeat.

LODOICUS CASTELVETRUS.

CLVI.

MOrtales ars ſi qua docet cognoſcere verum,
Notior hæc nulli, quam Lodoice tibi.
Nec modo Ariſtarchi doctive Palæmonis artes,
Dogmata ſed ſtudii ſunt Stagyræa tui.
Figit Ariſtotelis multos cenſura, ſed idem
Semet judicio ſubiicit ipſe tuo.
Sunt multi, quorum ſcribendo exempla ſequamur:
Quid deceat, ſolus tu Lodoice doces.

LODOICUS Caſteluetrus Mutinenſis omni litteratura exquiſite ornatus, tantum ingenii acumine polluit, ut multa quæ ad Grammaticam, Poeticam, Rhetoricam faciunt præcepta, cæteris intacta primus feliciſſime excogitarit: quanquam hæ artes adeo abſolutæ a præclaris ingeniis tractatæ fuerunt, ut nihil addi poſſe videretur. Itali hunc Criticorum principem jure ſibi vendicant. Scripſit ad Bembi regulas Italicæ linguæ ſupplementum, in Annibalem Carum Apologiam, & in Ariſtotelis Poeticam commentarios immortalitate digniſſimos, quibus nihil exactius ulla unquam vidit ætas.

JOANNES GUIDICIONUS, FOROSEMPRONIENSIS EPISCOPUS.

CLVII.

ITaliam miſero convulſam turbine belli,
Dul-

Dulcibus uſque adeo flet tua Muſa modis:
Ut patriæ non tam lectorem vulnera lædant,
Quam numeri oblectant Guidicione tui.

LUCA Ioanni Foroſempronienſi Epiſcopo patria eſt: viro & ſumma probitate, & ſingulari eruditione prædito, in aulicisque negotiis verſatiſſimo. Volitant per omnium manus cultiſſima ejus poemata Etruſcis numeris conſcripta. Legitur & oratio, qua civium ſuorum corruptos mores gravi ac ſevera reprehenſione ad meliorem frugem corrigere conatur.

FRANCISCUS GUICCIARDINUS. CLVIII.

Certa fides veri nullis interlita fucis,
Et pura eloquium ſimplicitare nitens,
Sinceri donec perfuſas lumine mentes
Iudicii paſcent fructibus hiſtoriæ:
Te Gallus Franciſce leget, te voluet Iberus;
Germani plaudent, Auſoniique tibi.

FLORENTIÆ natus Guicciardinus a Caroli VIII. in Italiam ingreſſu ad Paulli III. tempora, hiſtoriam ſumma fide, gravique facundia contexuit, qua nihil abſolutius in hoc genere legi poteſt.

CLAUDIUS TOLOMEIUS. CLIX.

Non modo longa viros ætas & marmora vincit,

Ve-

Verum etiam ingenii depopulatur opes.
Hæc prius Italiæ veteris commercia linguæ
Abſtulit, externos edocuitque ſonos.
Mox numeros certa ſermonem lege ligantes
Diſiecit, leges inſtituitque novas.
Barbaricam finxit multorum induſtria linguam,
Nec fuit hæc priſco culta nitore minus.
Aſtaberant rhythmi, docti ſollertia Claudi
Quos demum noſtris juſſit adeſſe modis.
Quis ſatis inuentum hoc commendet, munere cujus
Aptatur numeris gratia priſca novis?

TOLOMEIUS Senenſis nullam omnino liberalium diſciplinarum ignoravit. Multa excogitavit, quibus Grammatica, & ars dicendi mirum in modum iuventur, quæ nulli prius mortalium in mentem venerant. Architecturæ fuit periti ſſimus. Primus Etruſcæ poeſi numeros, ſive pedum menſuram adhibuit, cum antea ſolis homœoteleutis contenti eſſent. Quod genus Carminam licet operoſum, nec lectu injucundum, à pleriſque tamen propter difficultatem in pretio non eſt habitum. Extat ea poeſi liber à nonnullis clariſſimis viris compoſitus. Tolomæi epiſtolarum volumen imprimis ab Italicæ linguæ ſtudioſis commendatur.

ALOISIUS ALAMANNUS:

CLX.

HEſiodum ſibi craſſa ſuum Bœotia tellus,
Culta

Culta habeatque ſuum Mantua Virgilium,
Cætera nam tellus quo ſit bene culta magiſtro,
Poſtpoſitis aliis, nunc Alamannus erit.

ALAMANNI Florentini Etruſca poeſis imprimis celebratur: eſt enim figuris abunde exornata, & miſtam dulcedine præ ſe fert gravitatem. Inter cætera ejus opera illud excellit, quod de Agricultura inſcriptum eſt.

BARTOLOMÆUS CAVALCANTIUS.

CLXI.

Eloquii perfecta dedit præcepta diſertis,
Sed non ipſe fuit rhetor Ariſtoteles,
Tullius at contra princeps qua pollet in arte,
Hanc alios ſtudio non docet ipſe pari.
Ergo Cavalcantes cedit tibi fama duorum,
Quippe imitanda facis, dum facienda mones.

Ex vetuſto Cavalcantium Florentiæ familia, ex qua ducentos ante annos Guidus extiterat, cujus primo libro meminimus, Bartolomæus oriundus eſt ætatis noſtræ orator nobiliſſimus: quod publicatæ orationes teſtantur. Nec minori felicitate artis, qua tantopere excelluit, aliis præcepta tradidit. Scripſit enim Rhetoricam Etruſco ſermone, in quam ex Ariſtotele & Cicerone delibatas benè dicendi regulas pulcherrimo digeſſit ordine. Quod opus ſummo apud noſtram juventutem in pretio habetur. Edidit præterea libellum de caſtris metandis, quo priſca

Ro-

Romanæ militiae inſtituta ſolerter indagaſſe exiſtimatur.

NICOLAUS TARTALEA.

CLXII.

NOn adytis reſponſa magis obſcura ferebat
Pythius, aut foliis ſaga notabat anus;
Quam ſunt, victuris Megarenſis themata chartis,
Gyro clauſa brevi quæ geometra dedit.
Hæc multis neſcita prius ſollertia felix
Tartaleæ ſpatio dat didiciſſe brevi.
Sic meritum Euclidi minus eſt, at gloria major;
Tartaleæ eſt maior gratia, fama minor.

NICOLAUS Tartalea Brixianus, aetatis noſtrae clariſſimus mathematicus Euclidem a cunctis paene neglectum propter argumenti difficultatem, dilucidis valde commentariis adeo facilem reddidit, ut iam ſine magiſtro iis qui mediocriter ingenio valent, facilis ad eum pateat aditus. Multa praeterea edidit Italica lingua, quibus res Mathematica maxime illuſtratur. Nobiles fuerunt inter hunc & Hieronymum Cardanum contentiones, quibus uterque ſummae eruditionis ſpecimen dedit.

M. ANTONIUS MAJORAGIUS.

CLXIII.

HIc Tullianæ aſſertor ille gloriæ eſt,
Ferrarienſis probra contra Cælii:

Quem,

Quem, ne videret nomen æternis ſuum
Notis inuſtum infamiæ, ſatis reor,
Antonii quam ſcripta prodirent prius,
Vitæ libenter attigiſſe limitem.

MEDIOLANENSIS Maioragius Ciceronis dignitatem a Cael. Calcagnini maledictis luculenta oratione tutatus eſt. Idem ſcripſit contra Marium Nizolium. Ciceronis aliquot opera commentariis exornauit. Paraphraſin ſcripſit in Ariſtotelis libros de Generatione, & de Cœlo. Orationes multas edidit variaque opuſcula.

SEBASTIANUS SERLIUS.

CLXIV.

SErlius ecce novus noſtri Vitruvius ævi,
Structuræ libris edocet omne genus.
Sed, licet ars Serli lapſuras extruat ædes,
Deſtruet illius nulla ruina decus.

QUÆ ad Architecturam ſpectant, a nullo perfectius literarum monimentis ſunt tradita, quam Italica ligua a Sebaſtiano Serlio Bononienſi.

HIERONYMUS MUTIUS.

CLXV.

LAus tibi conſcripto parta eſt ſat magna Duello,
Dum quo jure regi convenit arma, doces:
Vergerium iuſto ſed dum petis ipſe duello,
Majus Marte paras nobiliore decus.

MUTIUS Iuſtinopolitanus doctiſſimus Iurecconſultus, & in Theologia non ſine laude verſatus, nobilem li-

*librum edidit, quem Duellum inſcripſit: quo de ſingulari certamine ſubtiliſſime diſputat: item Eclogas, variaque Italica lingua opuſcula. Verum meo judicio quæcunque alia ab eo ſcripta ſunt eam laudem non merentur, quam Vergerianarum Epiſtolarum volumen. Vergerium enim Iuſtinopolitanum quondam Epiſcopum a Chriſtiana fide in Luteraniſmum prolapſum * veriſſimis rationibus redarguit: & Luterana pravitate radicitus convulſa, integra Catholicæ religionis ſtabilit fundamenta.*

BENEDICTUS VARCHIUS.
CLXVI.

ALter Ariſtarchus, nobis alterque Palæmon
Varchius Etruſci dicitur eloquii.
Sed neque Ariſtarchus Grajis, Latiiſue Palæmon
Carmina tam culto compta nitore dedit.
Illi alios docuiſſe ſatis duxere: ſat ipſe
Haud docuiſſe putat, ni quoque præſtet idem.

VARCHIUM Etruſcæ linguæ normam Florentia jure optimo vocare poteſt. Nullus enim hac ætate plus ſtudii in ea exornanda collocavit. Multa edidit poemata, enarrationes, Comœdias, Epiſtolas, quibus Etruſcas litteras mire juvit. Extant ejusdem Latina poemata non contemnenda.

JO. BAPTISTA GELLIUS.
CLXVII.

QVæ calamo æternos conſcripſit dextera libros, Sæpe

* Mutius in præcipuis magis mutus quam piſcis, neminem movet, a nemine legitur.

ut princeps in eo noſtra ætate ſit habitus. Ab epiſtolis fuit Joannis Guidiccioni Foſſumbrunenſis epiſcopi primum, mox Alexandri Farneſii Card. apud quem, Hieroſolymitano ſatis optimo Sacerdotio honeſtatus, vixit ad ultimum diem. Obiit Romæ jam plane ſenex. opera, quæ ab eo commendata Jo.Baptiſta Carus fratris filius edidit, aut propediem eſt editurus, hæc ſunt: Poemata, Epiſtolarum libri, Rhetorica, Virgiliana Æneis Italica lingua expreſſa, & alia nonnulla. Ipſe vivens Apologiam in Caſteluetrum & quædam faceta opuſcula publicavit.

BERNARDUS TASSUS. CLXIX.

POſſe Camœnarum nil non miteſcere cultu,
Fœtibus ipſe doces Taſſe diſerte tuis.
Bergomeo credat qvis namque ſub aëre natum,
Sic linguam Etruſcis explicuiſſe ſonis?
Hoc adeo tu Taſſe tamen feliciter, ut te
Plauſibus excipiat Tuſcia tota, facis.
Tuſcia ſic debet, debet tibi patria: cultu
Hanc ornas, illam ſplendidiore beas.

TASSO Bergomate pauci ex Inſubribus felicius Etruſca lingua ſcripſerunt. Itaque & orator & poeta clarus Salernitano principi familiaris fuit: Cujus improſperam fortunam in exilio ſeqvutus eſt. Scripſit Epiſtolarum libros duos, Amadium heroico carmine: & quæ imprimis commendantur ob elegantem facilitatem, amatoria Poematia.

VINCENTIUS MADIUS.
CLXX.

BRixia te peperit, Muſis gratiſſime Madi,
Palladia quamvis major in arte fores.
Si placet ille (facit quicunque poëmata) Muſis,
Qui faciat vates diſplicuiſſe poteſt?

MADIUS Brixianus philoſophus graviſſimus omnibus, qui Ariſtotelis poeticam commentariis illuſtrarunt, ab Italis merito anteponitur: cum nullus hoc argumentum feliciter adeo tractarit. Scripſit & de ridiculis librum, & in Horatium de Arte poetica annotationes.

AONIUS PALEARIUS.
CLXXI.

AOnio Aonides gratos prompſere lepores,
Et quaſcunque vetus protulit Hellas opes.
Aonio Aonides numeris compſere diſertis
Verba ligata modis, verba ſoluta modis.
Aonio Aonides dederint cum cuncta: dediſſe
Plura tamen vellent Aonio Aonides.

PALEARIUM Verulanum de ſuperiore loco Græcos poetas & oratores uberi facundia explicantem Mediolani adoleſcens audivi. Cujus beneficio, ſi quid in me eſt Græcæ litteraturæ, ex parte contigiſſe fateor. Carmina ſcripſit, quæ aureo illo Maronis ſæculo nata videri poſſunt. Liber de immortalitate animorum cum Lucretio, ſi non anteponendum,

dum, conferendum certe teſtatur. Scripſit præterea orationes & Epiſtolas caſtiſſimo & ornatiſſimo ſermone.

JO. BAPTISTA AMALTHEUS.

CLXXII.

Duplice Amalthei profluxit copia cornu,
Ipſe pari geminam dum movet arte chelyn:
Cura ut in ambiguum Venerem diduceret anceps,
Capta foret Tuſcis plus, Latiiſve modis.
Quin apud Elyſios certat Petrarca Tibullo,
Quisque ſui hunc partem dum cupit eſſe chori.

Jo. Bapt. Amaltheus Forolivienſis tantam Latinis, Etruſcisque ſuis poematiis adhibuit ſuavitatem, ut nulli ætatis noſtræ poetarum ſit ſecundus. Latina ejus Carmina quotquot hinc inde in unum colligere potuimus, ipſi inter carmina Italorum poetarum publicavimus: Etruſcà adhuc paſſim diſperſa leguntur.

ALOISIUS TANSILLUS.

CLXXIII.

Arguto qui te ſuperarit carmine, nullum
In lucem tellus Parthenopea dedit,
Ut numeros Tanſille tuos qui perlegat, optet
Tarda ſit ut libro meta futura tuo.
Quam ſimul ac ſtudio tetigit properante, revolvit
Lecta; ſuo ſemet fallit & ipſe dolo.

TANSILLO Neapolitano cui numerorum facilitatem indulſit Muſarum favor, idem tantum addidit ſententiarum acumen, ut lector à ſe tam argutas excogitari non poſſe ingenue fateatur. Scripſit Etruſco idiomate non pauca, quæ à nullo Italicæ poeſeos ſtudioſo ignorantur.

HIERONYMUS CARDANUS.

CLXXIV.

Cardani ne manus plures curaverit ægros
Eſt dubium, an plures ſcripſerit una libros.
Quisquis enim voluit tot ſcripta volumina, dextra
Hunc calamum nunqvam depoſuiſſe putat.
Hunc, qui pallenti reduces tot novit ab Orco,
Incubuiſſe ægris nocte dieque putat.
Felix, qui ſemper venturo profuit ævo,
Ætati at nunquam defuit ipſe ſuæ.

HIERONYMUS Cardanus Mediolanenſis Medicus, Philoſophus, & Mathematicus æque illuſtris, publice medicinam Papiæ ac Bononiæ ſumma cum dignitate profeſſus eſt. Ad quem ex longinquis regionibus delatos deſperatæ valetudinis non paucos utriuſque ſexus brevi convaleſcentes in patriam rediiſſe ipſi vidimus. Libros tot edidit, ut ipſemet eorum indicem in lucem emittere ſit coactus.

ON-

ONUFRIUS PANUINIUS, AUGUSTINIANUS EREMITA. CLXXV.

ROmæ Panvinius vigentis ævum,
Romæ decrepitos labantis annos,
Romæ nunc iterum decus renaſcens
Doctis explicuit ſuis libellis.
Ergo Panuinio perenne in ævum
Gratias aget omnis urbs Quiritum
Vigens, decrepita, & ſimul renaſcens.

PANUINII Veronenſis Hiſtorici celeberrimi monimenta, quibus tota antiquitas illuſtratur, nulla non ætas avidiſſime leget: nihil eſt in eo genere abſolutius. Scripſit Faſtos, de Urbe libros tres: de Pontificibus, & Cardinalibus Romanis, & pleraque alia.

MICHAEL ANGELUS BONARROTUS. CLXXVI.

ET dubitamus adhuc priſcis præponere ſæclis
Hoc ævum? uſque adeo laudator temporis acti
Livor erit, merita fraudans præſentia laude?
Non ſinit hoc Michael: ſiquidem hoc Florentia in uno
Urbibus innumeris Graiis decus eripit omne.
Quicquid cæla valent, quicquid ve animare colores,
Bonarrote tuum eſt: veras effingere formas

Naturam ipſe doces, victam ſubigiſque fateri.
Dextra ſed ingenio tibi non felicior: & te
Nobilitant calami, ſicut cæla atque colores.

MICHAELEM Angelum Sculptorem, pictorem, Architectum, & poetam Florentia peperit, ne quid obeſſet, quominus cæteris Italiæ urbibus omnium laudum flores præripuiſſe videretur. Sed Bonarroti laudes, cum ipſi mehercule parietes (quos ille decentiſſimis picturis exornavit) eas diſertiſſime loquantur, ſatius eſt non attigiſſe: quibus nimirum omnis facundia minor eſt.

NICOLAUS FRANCUS.
CLXXVII.

Fuit flagellum dum flagelli principum
Francus, favorem eſt conſequutus principum.
Sed culpæ eidem factus affinis, dedit
His, ipſe quas exegerat, graves magis
Pœnas, adactus principis iuſſu in crucem.

FRANCUS Beneventanus & Græcæ & Latinæ linguæ peritus, Petri Arretini bonarum literarum prorſus expertis diu ſtudia iuvit, verum cum labori præmia non reſponderent, ſeceſſit ab eo: ſuumque dolorem publicato in eum famoſiſſimo libello ultus eſt: quem magno plauſu vulgus excepit. Mox Venetiis Romam ſe contulit, ubi cum aliquot annos ſacris initiatus vixiſſet, denique in maledicendi morbum recidit. Itaque a Pio V. pont. max. damnatus in crucem ſublatus eſt. Scripſit epiſtolas, Dialogos feſtiviſſimos.

Odyſſe-

Odyſſeam Etruſcis carminibus inchoaverat. Extant & ejus Latina Epigrammata.

PETRUS MYRTEUS.

CLXVIII.

MAtris Acidaliæ deducens nomina myrto
Petrus Acidalio tincta lepore canit.

PETRI Myrtei Utinenſis carmina quotquot undique colligere potuimus, nos cum aliis Italorum poetarum verſibus in lucem emiſimus. In hunc Flaminius invehitur amarulento ſatis epigrammate, quod ſe ipſius conſanguineum mentiretur: eoque nomine a Flaminii amicis pecunias emungeret. Iovio fuit familiaris.

PETRUS ANDREAS MATTHÆOLUS.

CLXXIX.

FAta Dioſcoridem per ſæcula multa ſepultum
Uſibus humanis detinuere diu.
Andreæ ſed enim, qua ſæpe ſalubriter ægros,
Scripta Dioſcoridis dextera iuvit ope.
Sic quoque dum ſcriptis medicas ille applicat artes,
Qua ſolet humanum ſublevat arte genus.

MATTHÆOLUS Senenſis medicus præſtantiſſimus Dioſcoridis libros Etruſcis commentariis non illuſtravit modo, verum etiam uberrime auxit. Quos poſtea Latine etiam convertit, ut univerſo orbi prodeſſent.

ſent. Scripſit quoque Epiſtolas medicinæ ſtudioſis apprime utiles.

JANUS VITALIS. CLXXX.

ET tua quod nullo ſint interitura ſub ævo
Carmina, quæ Phœbo culta favente canis:
Et tua quod multis dat vitam Muſa perennem,
Vitalis merito nomen & omen habes.

JANUS Vitalis Panormitanus cultisſima ſcribit carmina. Præcipue vero Epigrammata urbano ſale aſperſa rotundisſimo concludit gyro. Hujusmodi multa tum è variis libris collecta, tum etiam nondum luce donata, in tertium poetarum Italorum Volumen apud me aſſervo.

PAULLUS MANUTIUS. CLXXXI.

HÆc deprompta tuis è laudibus una Manuti
Innumeris, præſtat ſat tibi grande decus.
Quod tua qui titulo monimenta evolvit adempto,
Hoc Tulli raſum pumice cenſet opus.
Si putat alterius: certe hoc, dum ſcriberet (inquit)
Tullius, exemplum quod ſequeretur erat.

ALDO Manutio Paullus F. Venetiis natus eſt omnium paternarum virtutum hæres: ad quas illa praecipue acceſſit, qua omnes mortales ſuperavit, Cice-

Ciceroniana facundia. Nam qui ante hunc Tullium exprimere ſunt aggreſſi, illius ſimiae fuerunt, non imitatores. Primus hic docuit quid eſſet Ciceronianum eſſe. Scripſit permulta vulgo notiſſima: praeſtantiſſimum vero omnium operum librum de legibus. in Epiſtolis ſunt qui eum Ciceroni audacter anteponant: quos ratione non carere arbitror.

PETRUS VICTORIUS.

CLXXXII.

SErmone Etruſco ſeu ſoluto, ſeu ſuis
Rhythmis ligato cum tuliſſet jamdiu
Partes priores Arnus, hac Muſas prece
Eſt proſeqvutus: Romulæ linguæ decus
Nobis deeſſe maceror: tandem rogo,
Nil invidere aliis ut urbibus queam,
Vates Latinos, Rhetoras, Sophos date.
Votis Camœnæ his annuerunt: & viro
Rogata in uno præſtiterunt omnia:
Quin plus petitis attulit Victorius.

VICTORIO Florentino nihil ætas noſtra vidit doctius. Qui cum aliorum ſcripta acri judicio cenſeat, ſua ita edit, ut ſupra omnem cenſurae aleam à doctis exiſtimentur. Quae opera tum oratoria tum philoſophica publicarit, aut quotidie aetate jam decrepita edat, recenſere hominis eſſet otio abutentis: cum ea ſtudioſus nullus aut ignoret, aut ignorare ſaltem debeat.

CARO-

CAROLUS SIGONIUS.
CLXXXIII.

ROma prius duplici ſeſe munimine tutam
Temporis adverſus credidit eſſe minas.
Sculpta per æternam ſperabat marmora famam,
Perpetuumque ſibi nomen ab hiſtoria.
Sed miſera experta eſt munimen utrumque caducum,
Barbarico toties illa cremata rogo.
Quam prius ornabant, nunc fœdant marmora Romam,
Parte ſui hiſtoriæ dum meliore carent.
At nunc Romanos olim numerantia faſtos,
Funditus heu longa pæne aboleta die,
Marmora Sigonii miro reparantur ab auſu:
Hiſtoriam & longo vindicat ille ſitu.
Sic quod mille tibi non Roma dedere triumphi,
Quod nec mille libri, ſignave mille, decus,
Extinctum jacuit quod mille aut pluribus annis,
Momento recipis, munere Sigonii.

SIGONII Mutinenſis vivam vocem optimos autores explicantem audiſſe me Bononiae biennio non ſine gloriatione profiteor. Quo totius antiquitatis peritiorem nec noſtra ſaecula, nec priora tuliſſe, ſi affirmem, facile me iis probaturum ſententiam noſtram confido, ad quorum manus Latina ejus monimenta pervenerint, ut Faſti, & de antiquo jure

jure Romanorum, & de veteribus provinciis. Vivit adhuc, & immortalitate digna meditatur.

HIERONYMUS AMALTHEUS. CLXXXIV.

UT mentes hominum ſolaris dulcibus ægras
Verbis,ſic herbis languida membra juvas.
Una manus citharæ nervos, nervosque virorum
Sedula concordi temperat harmonia.
Quattuor ut chordæ ſunt, ut diſcrimina vocum
Quattuor, in quibus ars muſica tota viget,
Bisque duo hæc, nervi, numeri, candorque leposque
Vivere plus una carmina luce jubent:
Corpora ſic totidem ex humoribus atque elementis
Conſtant, Pæoniæ eſt in quibus artis opus.
Quæ cum felici tractes Hieronyme cura,
E gemina geminus vi tibi ſurgit honos,
Sed diſpar: peritura etenim qui corpora ſervas,
Carmina perpetuo non peritura facis.

AMALTHEUS Utinenſis Medicus non vulgaris, à M. Antonio Mureto hactenus laudatur, ut eum omnium, quos ipſe quidem noverit, Italorum præſtantiſſimum affirmet eſſe poëtam. Quod judicium ea carmina comprobant, quæ à nobis nunc primum luce donata ſunt in primo Italorum poetarum volu-

volumine. Eum adhuc ſuperſtitem eſſe arbitror: qui utinam quæ plurima lectu digniſſima domi comprimit poemata, tandem aliquando edat.

HIPPOLYTUS CAPILUPUS.
CLXXXV.

NOn ſatis heroo eſt ſuperas ſi Mantua verſu,
Ni Calabræ parias æmula plectra lyræ.

CAPILUPUS Mantuanus Epiſcopus Fanenſis venuſta quidem omnis generis carmina componit: verum, me judice, in Horatianis Lyricis excellit. Hic etiam unus eſt ex iis poetis, quorum carmina diſperſa collegimus.

LÆLIUS CAPILUPUS.
CLXXXVI.

QVæ tibi non tellus cedat tam divite vatum
Proventu, innumeris Mantua ſola ferax?
Utque alios ſileam, quorum tibi fonte perenni
Vena fluit Minci fertiliorque vadis:
Quis neget hoc mirum: reliquis ex urbibus unum
Nullam, Virgilios te genuiſſe duos.

LÆLIUS Capilupus, ſuperioris frater, Virgilianos Centones ea ſcribit felicitate, ut non modo Probam Falconiam, ſed ipſum etiam Auſonium longo intervallo ſuperarit, quod certo ſcio doctos omnes, qui ejus poemata legerint, judicaturos.

ALE-

ALEXANDER PICOLOMINEUS. CLXXXVII.

SErmoni affixas artes hærere putabant
Cecropio aut Latio pectora cæca patrum.
Non dubio patrum mentes errore teneri,
Edit Alexander quæ monimenta, probant.
Cedit Alexandri cui munificentia regis,
Inſita quo externis ſunt potiora bonis.
Quippe datas ſophiæ paucis inviderat artes:
Quas facile innumeris noſter habere dedit.

PICOLOMINEUS Senenſis omnes Philoſophiæ partes accuratâ & perfacili methodo explicatas Italis communicavit. Quod nullo modo Tuſco ſermone perfici poſſe ſuperiora ſæcula crediderunt. Quaſi vero Etruſca lingua non eadem quæ Græca aut Latina capiat ornamenta. Quin eam philoſophicis placitis explicandis Latina commodiorem eſſe, res ipſa docuit. Sunt igitur Alexandri opera, Moralis ſcientia, Dialectica, Rhetorica, Naturalis philoſophia, Aſtrologia, ex Ariſtotele imprimis fuſius explanatæ. Ætate jam pene decrepita, ſed plane vegeta, eum præclara adhuc meditantem ipſi vidimus anno 1572. neque eum diem ſuum obiiſſe poſtea accepimus. Juvenis Comœdias & poemata nonnulla publicavit.

PYRRUS LIGORIUS. CLXXXVIII.

ANtiquitatis ultimæ Ligorius,
Cujus ruinæ & ruderum veſtigia

Vix

Vix nunc ſuperſunt, quin nec extant jam
quidem,
Eſt excitator: hic Quiritium decus
Reponit, urbe reſtituta & mœnibus:
Arcus, theatra, porticus, baſilicas
Caſtella, balneas, aquæductus, lacus,
Piſtrina, templa, Septizonia, arbores,
Statuas equeſtres, inſulas, navalia,
Thermas, agones, hippodromos, compita,
Circos, deorumque, & virorum imagines,
Cuncta hæc ſteterunt, mox ruerunt: denuo
Sic excitavit per typos Ligorius,
Ut mille Romas ſit videre millies:
Quæ ſic perire nunc valent, ut interim
Totidem renaſci millies tamen queant,
Jam fabuloſæ ut afferant hydræ fidem.

PYRRHUS Ligorius Neapolitanus ea felicitate veteris Romæ ruinas ſcrutatus eſt, ut eam, qualis fuit cum maxime floreret, veriſſima pictura repræſentarit. eſt enim vir totius antiquitatis peritiſſimus, nulliusque bonæ artis ignarus: quod ideo indubitanter aſſerimus, quod ejus jucundiſſimo colloquio nobis non ſemel Romæ contigit frui. A cujus politiſſimo ingenio uberrimos doctrinæ fructus ſtudioſos omnes propediem expectare par eſt.

LAVRENTIUS GAMBARA.
CLXXXIX.

PRima Siracoſiis reſonavit fiſtula ſilvis,
Perque Latina pares reddidit antra
modos.

Actius

Actius at calamos audax inflavit ad actam,
Dum freta poſtpoſitis montibus alta colit.
Nunc agit agreſtes venatum Gambara Muſas,
Virginibuſque magis convenit illud opus.

LAURENTII Gambaræ Brixiani Ecloga Venatoriæ magnopere commendantur, quæ cum aliis eiuſdem poetæ carminibus editæ ſunt Antverpiæ.

PETRUS ANGELIUS BARGÆUS. CLXXXX.

AGricola Heſiodo debet, bellator Homero,
Gratia cum medicis magna Nicandre tibi eſt.
Vatibus ille tribus te nunc cultiſſime præfert,
Angele, quiſquis aues captat & arte feras.

ANGELIUS Bargæus a Barga oppido Etruriæ cognominatur. Is Piſis Oratoriam, ac Poeſim ſummo ſtudioſæ iuventutis fructu profitetur. Poemata ſua ipſe auctiora iterum Florentiæ publicavit: quorum præcipui ſunt Cynegeticon, & de aucupio libri.

DIONYSIUS ATHANASIUS. CLXXXXI.

IMmortale decus cui iam tribuere Camœnæ,
Immortale etiam nomen habere volunt.

DIONYSII Athanaſii Callio oppido oriundi in Etruſca lingua exornanda non ultima fuit opera. Is optimis artibus imbutus multa ſcripſiſſe ſe philoſopho & oratore præcellenti digna iis epiſtolis teſtatur, quæ aliorum literis intermiſtæ leguntur, quæ utrum ediderit hactenus, ignoro.

GABRIEL SIRLETUS, CARDINALIS. CXCII.

MAgnum eſt Hebræo, Græco Latioque diſertum
Eloquio, triplici promere ſenſa ſono.
Majus at eſt, uſus quod triplex illa profanos
Reſpuit, & ſoli lingua dicata Deo eſt.

SIRLETUS Calaber ob inſignem trium linguarum, & omnium, quæ iis traditæ ſunt, artium peritiam, à Pio IV. Pont. Max. ſummo ingeniorum æſtimatore ſacra purpura exornatus eſt. Nibil ab eo legi ſcriptum, præter eruditiſſimum libellum Annotationum in Pſalterium cum Biblico apparatu, à Plantino excuſum. Proculdubio tamen à tanto viro alia Chriſtianæ Reipub. longe utiliora ſunt expectanda.

FEDERICUS COMMANDINUS. CXCIII.

ACri examine Conicas figuras,
Quas mathematicus reliquit ordo
Intactas, Federicus explicavit
Tanto acumine, ut haud acutiores
Sit, quos explicat, invenire conos.

FEDE-

FEDERICUS Commandinus Urbinas Mathematicorum nulli inferior Apollonii Pergæi Conicorum libros, Pappi Alexandrini lemmata, Eutocii Aſcalonitæ commentaria, Sereni Antinſenſis libros duos, & Archimedis quæ extant primus Latine vertit, & commentariis illuſtravit; Scripſit & in Euclidem.

FULVIUS URSINUS. CXCIV.

COmprobet antiqva ut dignum ſe Fulvius urbe,
Illius extinctum ſuſcitat eloquium.
Roma licet depreſſa, caput tamen erigit, hydræ
In morem, ingeniis & rediviva viget.

NOBILISSIMA Urſinorum familia Fulvium edidit & natalibus & patria dignum. Ejus Virgilium, & librum de familiis Romanorum, quis non admiratur?

DOMINICUS VENERIUS. CXCV.

NOmen ut alma Venus, ſic dignas nomine dotes
Ingenii, atque tibi cuncta venuſta dedit.
Scilicet orta mari cognatis fluctibus ortum
Diligit, & vatem deſtinat ipſa ſibi.

VETUSTISSIMA Venetiis patritii ordinis familia ortus eſt Dominicus Venerius. Cujus in Etruſco carmine condendo felicitas, inſignisque bonarum artium peritia, Bembo eum ſucceſſiſſe teſtantur:

ne unquam deſit, qui Muſas in Adriatico ſinu hoſpitio excipiat.

JO. MICHAEL BRUTUS. CXCVI.

HIſtoricum Italiæ dedit urbs Antenoris olim,
Nunc at in Adriacis urbs ſita donat aquis.
Hiſtorica ſi quis quærit quis præſtet in arte,
Neſcit quam Veneta eſt urbs Patavina minor.

BRUTI civis Veneti præclara multa circumferuntur monimenta, Epiſtolæ, Hiſtoriæ, Florentinorum à Jovii ipſis infeſtiſſimi calumniis defenſio: Notæ in Ciceronem, & alia immortalitate digniſſima.

JO. BAPTISTA PORTA. CXCVII.

NOſtri eſt Porta chori, Latiæ dixere Camœnæ,
Muſa ſed hunc vatem jurat Etruſca ſuum.
Riſit, & o tantas, inquit, componite lites,
Huncque probat Seiren Parthenopea ſuum.

PORTA *Neapolitanus Latina & Etruſca publicavit poemata: quorum utra ſint cultiora haud proclive eſt pronuntiare.*

HIERONYMUS MERCURIALIS. CXCVIII.

GYmnica commemoras priſci certamina ſæcli,
Illa licet longa ſint aboleta die:
Non aliter quam ſi noſtra hæc exerceat ætas,

Ignota

Ignota & reliquis ſunt bene nota tibi.
Nec mirum ſiquidem infernis ſibi cognita ab umbris,
A quo nomen habes, hic tibi noſſe dedit.

MERCURIALIS Utinenſis Medicus eruditiſſimus ſcripſit varias lectiones, & quo ab omnibus celebratur, pulcherrimum de re Gymnaſtica librum: quo ſe totius antiquitatis peritiſſimum declarat.

SPERO SPERONIUS.
CXCIX.

EXemplis Patavina tuis ſuccenſa juventus,
Et monitis, veræ laudis amore calet.
Inflammata ſibi hinc titulos Academia ſumpſit,
Vividaque eſt ſtudio flamma animata tuo:
Flamma rogos eſt quæ potis extinxiſſe ſupremos,
Eluditque tuas, mors violenta faces.

SUB Patavino cœlo non ſolum feliciter bonas artes diſci, verum etiam ad omnem literaturam aptiſſima ingenia naſci vel ſolus Speronius fidem facit. Qui concives ſuos ad Philoſophiæ & Eloquentiæ ſtudia Italico ſermone excolenda usque adeo aſſiduis vocibus inflammavit, ut inflammata Academia ab ipſo inſtituta, inde nomen invenerit: quæ clariſſimorum ingeniorum veluti quoddam eſt ſeminarium. Multa ſcripſit Italice: ex quibus præcipue probantur Tragœdia Canace, & Dialogi.

JOANNES CARGA. CC.

QVid culta prodeſt carminis concinnitas,
Quid caſta linguæ Romulæ obſervatio,
Oratio quid mille picta floſculis,
Si fœda amorum turpium laſcivia,
Si dii profani, fabulæque inutiles,
Fœde pudicis obſtrepentes auribus
Nugæ ſonoræ verſuum ſpectabilem
Luto nitorem turpius ſi collinant?
Hoc Carga fugit, puritatem carminum
Nil eſſe ducens, pura ni mens ſit comes,
Docensque vates, pro caduca gloria
Mundi perenne cæli ut affectent decus.

CARGA Forojulienſis cultisſima, eademque Chriſtiana pietate valde commendanda fingit poemata. Ex quibus cum pauca quædam in noſtras manus ſuperioribus annis perveniſſent, ea cæteris Italorum poetarum carminibus merito præfiximus.

CRYPTÆ MASSILIACENSIS TOPOGRAPHIA,

Ad Antonium & Chriſtophorum Sanſuplicios, illum Epiſcopum & Comitem Cadurcenſem, hunc Abbatem Maſſiliacenſem.

CUMÆÆ quiſquis reſonantia tecta Sibyllæ,
Foſſaque fatidicæ ſubiit penetralia terræ
Puteoliſue alto ſuſpenſum fornice collem,
Et trepidus tenebras eſt prætergreſſus inertes,
Aut qui centenis terreſtria viſcera cellis
Miratus diſtincta, nihil ſpectacula cedant
Cui jam viſa, putat terram celare cavernis:
Hic Sanſuplicios colles, & nubibus æquas
Ignorat rupes & ſubdita rupibus antra.
Sed reliqua ut ſileam (forſan melioribus olim
Quæ nervis reſonanda meo ſub corde repono)
Petroſi portenta ſoli, nunc plectra fatiget
Maſſiliacenſis ſtupor, & miracula Cryptæ.
Vos Sanſuplicii precor aſpirate canenti,
Qui attoniti cautes mecum penetraſtis eosdem:
Gratus uterque Deis, & purus uterque ſacerdos.
Plenius & veſtros chartis intexere honores,
Dum graviore ſono tenui non molior auſu,
Interea agreſtem placidi ne ſpernite muſam.

Im-

Imprimis ferit intonſo mons vertice cœlum,
Nativo viridis buxoque & ſentibus aſper.
Vix pandunt dumeta viam: vix unguibus hærens,
Et ramis ſubnixus ad amplæ anguſta cavernæ
Limina pervades, medio quæ abſcondita clivo
Agricolæ quæſita diu invenere ſagaces.
Vaſta patet facies montis, cuneataque gyro
Per ſtadia excurrit bis terna, aut amplius: intus
Mille domus, mille antra ſupra inſinuantur, & infra.
Ipſa ſuperficies ſcopulo convexa rigeſcit,
Oſtia quæ præter (primis quæ in faucibus antri
Sic anguſta patent, ut non niſi corpora prona
Exponant multo niſu admittantue ſupina)
Scinditur haud usquam, lucique maligna meatum
Obſtruit: & Phœbo, quas vaſta comprimit alvo,
Divitias luſtrare negat ſcopuloſaque regna.
Hæc igitur multa face diſpellente tenebras
Sunt adeunda, & opes, Arabum queis munera cedunt,
Tectaque marmorea, & vivis ſimulacra figuris

Æmula

Digitized by Google

Æmula ſponte ſua prognata, nec edita cælo
Artifici; quæ Praxiteles ſi forte videret,
Aut Phidias, noſtri Michaël vel gloria ſæcli,
Non modo naturam veras producere formas,
Verum etiam melius vivas animare figuras
Inviti fateantur; & artem cedere victam
Bis pudeat, dum mira nimis ſpectacula rerum (dant,
Deceptis luſtrent oculis, nec marmora cre-
Vix dextra faciente fidem. Quis talia fando
Exprimat, hæc magnæ niſi cui portenta parentis
Contigerint obeunda? Mihi, o ignoſcite, parvis
Attenuo ſi magna modis, dum viſa repono.
Hic vos, cura quibus rerum eſt inquirere cauſſas,
Dicite, quæ tantas cæco ſub fornice montis
Vis melior celavit opes, penetralibus antri
Quæ manus incluſit viva hæc ſimulacra deorum,
Nymphasque & Dryadas & corniferos Silvanos,
Totque theatra intus vaſtis ſuſpenſa cavernis
Condidit, egelidosque lacus, & fontibus albo
Ornamenta dedit de marmore, pura ſonoro
Murmure quæ crepitans interſtrepit unda, ſoporem
Perſuadens feſſis, ſiccas vel tingere fauces.

Haud etenim gratos magis his hauſiſſe liquores
Commemini, gelidós medio quos ſenſimus æſtu.
Reddit hiems tepidos, ſed tempus utrumque ſalubres
Exhibet, hos nullo Phœbus cum lumine luſtret,
Præcipue innumeris ingentia tecta columnis
Sunt ſuffulta, pares quibus haud excelſa Caryſtos,
Transmiſitue Paros tecta exornare Quiritum.
Quas inter medio præcelſæ fornice Cryptæ
Eminet una, alios inter ceu Lucifer ignes:
Hanc licet innumera face diſcludente tenebras
Lumine colluſtres, celſo ut ſi vertice nubes
Pertingat, numquam viſu ſuperare cacumen
Lynceus ipſe queas, ſpatio tam ſe erigit alto
Vaſta baſi prima, mox ſeſe attollit in auras
Tenuior, & gyro involvit ſe climacis inſtar.
Atria cui circum immenſus teſtudinat arcus
Arcus, quo minor eſt Indis cantataq; Mauris
Ædes ultoris Martis, quam Roma rotundam
Nuncupat, atque oculo peregrinus luſtrat hiante.
Ipſe quidem non jam Stagirei dogma Sophiſtæ,
Pergameive ſenis referam commenta, ſed illud
Quod

Quod noſtris ſubjecta oculis ab imagine
rerum
Conjectare licet, non hic memoraſſe pi-
gebit.
Ampla etenim, montem longo quæ perfo-
dit arcu,
Teſtudo impoſitæ telluris combibit imbres
(Ipſa prius tellus quos aëre traxit ab udo)
Grandibus & guttis ſtillatim depluit unda,
Marmoris in ſpeciem coit, atque alabaſtra
figurat,
Aut cryſtalla magis varias imitantia formas.
Hic ſiquidem triplici caput irradiare tiara
Pontificis credas, fluctus ſulcare carinam
Expanſis (mirum) velis, ventiſque ſecundis.
Utque olim toto glomerat cum nubila cœlo
Africus, ingentum cernas ſimulacra fera-
rum,
Mente prius quotquot tecum confinxeris
ipſe:
Haud aliter potes hic harpyias atque chi-
mæras,
Semibovesque viros ſpectare, & Græcia
quicquid
Poſt genitis facile haud credendum carmi-
ne prodit.
Sed quæ ficta putas priſcos ceciniſſe poëtas,
Hæc vera aſpicies vaſto effigiata ſub antro.
Hic iterum in ſilicem riguit Sipyleia mater,
Perpetuis deflens morientia pignora guttis:
Paſiphaen init hic armenti ductor, & index
Battus nativo ſervat cognomina ſaxo.
Hic

Hic etiam figmenta probat pallentis Averni
Qui patet in præceps ac fundum neſcit hiatus:
Namque lapis ſonitum demiſſus non facit, aurem
Attentam licet horrendi quis faucibus antri
Applicet: ut ſtygiæ rear hoc immobile limen
Eſſe domus, animaſque illinc raptarier Orco.
Nunc age, monſtrificæ quod ruſticus incola terræ,
Auditum veteri fama narrabat avorum,
Muſa refer, digna eſt victuris fabula chartis:
Silva vetus fagis & denſa conſita quercu
Vicino ſolis radios a monte relegat,
Altaque ramorum caput intra nubila condit.
Indigenæ agreſtes priſca duxere verendum
Relligione locum: rigidam quæ fama ſecurim
Arcet adhuc ramis, ſedes violare Deorum
Dum metuunt: celeres hic fertur ſæpe Diana
Curſu agitare feras, gravida ſuccincta pharetra,
Hortarique canes nymphæ, atque indagine ſaltus
Obſtruere, atque plagis pavidos involuere damas.
Forte deam multa ſatiatam cæde ferarum

Fons

Fons gelidæ prædives aquæ (cui deſuper antrum
Imminet, ac latices ingenti fornice opacat)
Mergere corpus aquis, & dulces carpere ſomnos
Invitat: pharetra quæ dum ſuffulta ſopore
Gramineæ fruitur viridanti in margine ripæ,
Nympharum ſuccincta cohors vicina pererrat
Prata, metens gratos ſollerti pollice flores.
Quæ cupidas ſenſim trahit in ſemota voluptas
Rura, puellari ſtudio fallente laborem.
Has procul ut Satyri in Venerem propenſa juventus
Conſpexere, imis flammas hauſere medullis.
Nec mora, veſano prædam clamore propinquam
Invadunt: illis gelidus tremor occupat artus:
Corripiuntque fugam, nec, virginitatis amore,
Quam via tuta vident, ſed teſqua per invia currunt
Præcipites, donec tenebroſi faucibus antri
Succedant ſuadente metu: nec ſegnius inſtant
Turba procax: amor his, illis timor addidit alas.
Jamque fruebantur voto laſciva caterva,

Gerua

Genua labant nymphis, longo dum langui-
guida curſu,
Has niſi fudiſſent concordi voce querelas:
Virgo patrona tuas prohibe ne dedecus in-
gens
Inceſſet famulas: ipſi nos eripe vitæ
Dum maculæ eripias. Votis eſt excita virgo,
Quaque ope tam trepidis potuit ſuccurrere
rebus
Adfuit: & miſeras juſſit lapideſcere nym-
phas.
Forma manet, ſolitusque rigor ſub marmo-
re durat,
Et qui viva metu pallor ſignaverat ora.
Quin funeſta ſuos ſtillant quoque lumina
fletus.
Juſtior at Satyros mulctavit pœna nocentes,
Hi lapides quamvis, laſcivos corpore motus
Et vetitos ſervant ignes: hic poplite nym-
phæ
Terga premit, tener ille comam, dat brachia
collo
Alter, & extincto vivunt in pectore geſtus.
Hæc veris ſit, Muſa, ſatis memoraſſe mi-
nora,
Paucaque de multis tenui ſtrinxiſſe ca-
mœna:
Cætera, cum melior afflaverit aura cane-
mus,

ITA-

ITALIA AD JOANNEM MATTHÆUM TOSCANUM.

TU ne meos inter TOSCANE ſilendus alumnos,
Gloria Toſcanum ſi peperiſſe mea eſt?
Sis mihi Idumæo quantumvis, ſis mihi Græco
Doctus, & externo volvere verba ſono:
Non tamen externa, ſed me, mea gloria, natus,
Felix & tali prole ſuperba parens.
Vos ergo, o quorum, veſtræ contexta parentis
Peplo, ſera leget nomina poſteritas.
Vos veſtris ſociate choris, vos nectite ſerta,
Vos ipſi ſacris ponite temporibus.
Quæ frondes huic ſerta dabunt? porrexit Idume
Palmas, cumque olea Pallas & Hellas adeſt.
Dant Muſæ & Phœbus Lauros, fert Cypria Myrtos,
Et flores plena ſpargit Amor pharetra.
Quis tuba? quis præco? te, non te dignior alter.
Tu tibi ſis præco, tu tibi nate tuba.

L. V.

AD EUNDEM.

QUi dedit ingeniis laudem præſtantibus, æquum eſt
Non, illaudatum, laude carere ſua.
Nam laudare probos, pvoprium hec virtute probati.
Quæque probat ſtudia, hæc quiſque colenda putat.
At patres, inquis, laudat: quos Græcia iactat?
Quos Romana canit Muſa, niſi Auſonios?

Scili-

Scilicet hos celebrat, quis præco eſt unica virtus.
Quos peplo intexit patria terra ſuo.
Ergo opus hoc animi eſt multa ac antiqua tenentis,
Hoc cupidi eſt feræ poſteritatis opus.

F.M.

CARMEN AD IO. M. TOSCANUM.

SI qua pios benefacta movent, ſi ſolvere grates
Mente ſolent memori, laus non tibi parva parata eſt.
Plurima namque manus vatum, quibus ore rotundo
Aut numeris datur, aut loquier ſermone ſoluto,
Quorum facta canis, complebunt æthera cantu.
Inter & Elyſios campos, ſedeſque beatas
Qui degunt ævum, (quorum eſt pars maxima) colles
Crebris pulſabunt variis & vocibus: almæ
Matris & antiquæ gratum te digna loquentes
Sectati morem, (ſic illos credere dignum eſt.)
Credita fœcundis quæ non modo ſemina ſulcis,
Multiplicem cornu ſed meſſem divite reddit,
Sic decus extendetur in horas, moxque per auras
Surget, & aſſidue ſurget tua fama ſuperſtes.
Sed cum tale tuas non obverſetur ad aures,
(Æthere a donec communi hac veſceris aura)
Nomen, quis ſolvet tibi debita? digna rependet
Præmia quis meritis? Homines qui hoc ſole fruentes,
Illorum, quos fata premunt tellure ſub ima,
Deguſtant fructus, paſcuntur & aurea dicta.
Accipe, nunc quæ ſit tua gloria, noſceque fines

Illius,

Illius, innumeros qui nunc ſunt, quique fuere,
Et qui ſunt olim viſuri lumina ſolis,
Alligat, hæc eadem nigri penetralia Ditis
Permeat, hæc eadem claras ſe attollit in auras.

P. A. IAC. TEB.

LA FRANCE AU Sr. TOSCAN GENTILHOMME MILANOIS, SUR ſon Livre qui comprend les lovanges des hommes doctes d'Italie.

TANT de nobles eſpris, une ſi docte bande
D'enfans non ſans raiſon, d'alegreſſe treſgrande
Font icy de leur mere enfler le brave cœur.
Comm'il advenoit lors que ſon peuple vainqueur
Les autres ſurmontoit en armes & puiſſance,
De laquelle elle vit enfin la decadence.
Mais le juſte plaiſir d'un ſujet ſi nouveau,
Qui eſt ſans perte aucune, & ſans le divin fleau
De vengeances & morts, eſt un bien de nature
Donné de l'Eternel, qui contre le temps dure.
C'eſt de divers ioyaux un riche & bel amas,
Un bien de tous chery, c'eſt un commun ſoulas,
Qui faict que m'eſleuant d'une allegreſſe extreme

De meſme affection que moymeſme ie l'aime.
Baiſant ſes nourriſſons ie les tiens pour enfans.
D'ailleurs tant ie les vois en ſçavoir triomphans
Que miens ie les aduovë & doucement les traicte,
Et d'honneur & degrez les honore & allaicte.
Leurs vers le font ſçavoir, qui par tout leur pays
Publians mon honneur, les rendent eſbahis.
Plusieurs d'eux de bien loin venus en ces campaignes
Leurs Muſes y ont faict a nos Muſes compaignes.
Rosne en ſert de teſmoing, la Garonne, & mes eaux
Que vous priſés autant que vos fleuves plus beaux.
Il m'en prend tout ainſi, qu'a cil qui d'un boſcage
Des prochains orangers paſſant pres d'un rivage,
Ou de meurtes fleuris l'odeur ſouëfue ſent,
Que doucement ſifflant luy apporte le vent.
Comme ie fais Toſcan de ton chant, qui me donne
Plus de divers plaiſirs, que ne pourroit Pomonne

Don

Donner ſortes de fruicts : Mais ceſt' arbre i'entends
Eſtre du tout a moy,& de droict le pretends
Tu as de moy tiré (mais dict ſoit ſans envie)
Le plus de ton ſçavoir & le plus de ta vie:
Venu de la les monts. Don c ie te tiens du rang
De mes plus chers enfans,& comme de mon ſang.
Meſmes l'ancien nom de la belle compaigne,
Que le Pau ça & la de ſes rivieres baigne,
Eſt tout pareil au mien : & puis ces deux pais
Sont enſemble par ſang eſtroictement unis.
Ie ſçay que pour l'hõneur du bon Poete Homere
Sept villes ont debat a qui luy ſera mere:
Mais pour le tien Toſcan, Poete & Orateur.
Sept cens te maintiendront François d'un meſme cœur.

D'un amy du Sieur IAC.

INDEX LOCORUM.

A.

Ænariarum balnea, p. 71. 126.
Ætna, p. 71. 152.
Agnani balnea, p. 125.
Alexandrina Bibliotheca. p. 132.
Amalphitana Reſpubl. p. 127.
Ambroſiana urbs, p. 55. 90. baſilica, p. 91. bibliotheca, p. 132.
Aniene, ſ. Teverone fluv. p. 116.
Antii Vet. monumenta, p. 117.
Apuliae Chronicon. p. 166.
Aquavivenſes eruditi, 286.
Aquileja, p. 67. 163.
Aquilejenſium Hiſtoria, p. 102. Inſcriptiones, p. 103.
Arete, p. 109.
Ariminum, p. 108.
Arculum, 286.
Aſtenſia Chronica, p. 61.
Ateſtinae Antiquitates, p. 105.
Ateſtini Principes, p. 105.
Auguſta Taurinorum, p. 130.

B.

Bajæ, p. 125.
Baſſanum, p. 136.
Bellunum, p. 136.
Beneventani Epiſcopi, 286. ducatus deſcriptio, p. 37.
Beneventanorum principum Chronicon, p. 121.

Ber-

Bergomi Antiquitates, p. 67.
Deſcriptio, p. 133. eruditi 286. ſeq. fata, p. 133. laudes, p. 40. Origo, p. 133.
Bertiniani Annales 22
Bononia, p. 104. 287.
Brixiæ Antiquitates, p. 92.
Brixianorum res. p. 134. eruditi. 287.
Villa Burgheſia, p. 115.

C.

Cæſena, p. 106. 107. 108. 137. 288.
Caccamum ſ. Caccabe, p. 157.
Calabriæ ſitus, p. 70. 128. Eruditi 304
Callipolis deſcriptio, p. 130.
Caltageronis deſcriptio, p. 130.
Camaldulenſis eremus, p. 69. 113.
Cameracenſe bellum adverſus Venetos, p. 97.
Campaniæ Chronicon. p. 162.
Campaniæ origo, p. 118.
- - ſitus, p. 70. 118.
Campania felix, p. 122.
Campaniæ felicis Hiſtoria, p. 123.
Capuæ Chronicon. p. 120.
- - ſitus antiquus, p. 37.
Caſaurienſis monaſterii Chronicon. p. 25.
Caſinenſis Reipubl. dignitas, p. 121.
Caſinenſis monaſterii Chronica, p. 35.
Caſinenſium Chronicorum Epitome, p. 21.
Caſinenſes Viri illuſtres, p. 41. 121.
Caſtellana civitas, p. 69. 114.
Caſtrenſiſtm deprædatio, p. 113.
Catana urbs, p. 153.

Catanenſe decachordum, p. 154.
Catanenſis Hiſtoria 154.
Cavenſe Chronicon, p. 47. 66.
Cenomani, ſ. Orobii, p. 67. 87.
Cephaledis origo, p. 159. eruditi Cephaleditani 288.
Ceuronenſes Annales, p. 90.
Chieti, p. 128.
Ciſalpina hiſtoria, p. 87.
Ciſtertienſis monaſterii deſcriptio, p. 91.
Clanæ, p. 109.
Clitumnus, p. 138.
Cluſium, p. 109.
Comenſis lacus deſcriptio, p. 68. 88.
Comenſis urbis deſcriptio, p. 88.
- - bellum & excidium, p. 39.
Crema 288.
Cremonenſes Annales, p. 90. eruditi, 289.
Chronicon Cremonenſe, 46.
Croto, p. 109.
Cumæ, p. 70. 125.
Cumanæ ſtatuæ, p. 126.
Cuperſanenſes Antiquitates, p. 128.

E.

Etruria, p. 109.
Etruriæ Antiquitates, p. 109.
- - Hiſtoria, p. 111.
De rebus Eugianeis, p. 98.

F.

Ealiſcorum origo, p. 69. 114.
Farfenſis monaſterii Chronicon, p. 24.
Faventia, p. 106. Fer-

Ferraria p. 105.
Ferrariæ Antiquitates p. 105. eruditi 289.
Ferrarienſe Chronicon p. 50.
- - Iatrophyſici p. 137. 289
- - Poetæ p. 137.
Firmum p. 109.
Via Flamminia p. 108.
Florentinorum bella p. 112.
- - Chrronicon p. 54.
- - Hiſtoria p. 51. 110. 111. eruditi 289. ſeq. Academia 291.
Fori Julii Antiquitatis p. 102.
Foro julienſes Inſcriptiones p. 103. eruditi 291.
Forojulienſium res p. 102.
Forolivii deſcriptio p. 138. eruditi 292.
Foſſæ novæ Chronicon p. 47. 63. 73. 164.
Francorum annales p. 22. 23.
Fraſcati Hiſtoria p. 115.
Fuldenſes annales p 23.

G.

Galli Ciſalpini p. 68. 79.
- - Inſubres p. 68. 79.
Garfagnana illuſtrata 292.
Genuenſis Reip. deſcriptio p. 82.
- - Annales p 43. 81.
- - Leges novæ p. 82.
- - Status & adminiſtratio p. 82.
Genuenſe Chronicon p. 525.
Genuenſium Hiſtoriæ p. 79.
de Genuenſibus claris p. 69. 79. 292.
Græcarum antiquitatum theſaurus Gronovianus 206.
Gra-

Gradiſcana oppugnatio. p. 103.

H.

Horta Colonia p. 113.

I.

Japygiæ ſitus p. 130.
Illyrium p. 160.
de rebus Inſubribus p. 98.
Iſtriæ ſitus. p. 103.
Italiæ Veteris Tabula Geograph. p. 14. medii ævii 56. Academiæ 246. 255. laudes p. 78. primi coloni p. 79. Reges p. 35.
Italicarum rerum hiſtoria 10. ſeq. 55.
Italia illuſtrata Andreæ Schotti 67. Lud. Anton. Muratorii 13. 166. Grævii 78. Petri Burmanni 90. (100
Italorum geſta poſt mortem Henrici VII. p.
Italicum bellum p. 132.

L.

Larii, ſ. Comenſis lacus deſcriptio p. 68. 88. 89
Lauda, ſ. Lodi p. 87.
Laudenſium rerum hiſtoria p. 44. 87.
Laureshamenſes annales p. 23.
Licinianum p. 110.
Ligurum clarorum elogia p. 79. 292. ſeq.
Liguſtica. p. 69. 79.
Lodi, ſ. Lauda. p. 87.
Lombardicum Chronicon p. 51. 131.
Lombardiæ novitates p. 99. 167. eruditi 293.
Longobardorum Chronicon p. 119.
- - Hiſtoria p. 119.
- - Hiſtoria fragmentum p. 120.
- - Origines p. 168.
Luca p. 139. Lucenſes eruditi 293.

Man-

M.

Mantuæ hiſtoria p.92.
Marchia Tarviſina p. 49. 98. 99.
Marſorum hiſtoria p. 127.
Maſſiliacenſes Cryptæ p. 519. ſqq.
Mediolanum p. 17.
- - ejus laudes p. 24.
Mediolanenſes Antiquitates p. 86. bellum p. 84. eruditi 293. ſeq. Hiſtoria p. 61. 82. 83. 84. 90. 131. Metropolis p. 85. Synodus p. 52. Vice comites p. 85. 86.
Mediolanenſium Archiepiſcop. Catalogus. p. 34.
- - geſta ſub Archiepiſc Othone, p. 52.
- - ſub imperio Henrici VII. Imp. p. 58. 90.
Melitæ deſcriptio p. 160. 161.
Melitenſe bellum p. 161. eruditi Melitenſes 294.
Meſſanæ deſcriptio p. 151. Hiſtoria p. 151. eruditi 303 libertatio p. 146.
Meſſanenſis Epiſcopatus p. 142.
Miſenum p. 125
Modoetienſe Chronicon p. 167
Montisferratenſes eruditi 294
Motucæ deſcriptio p. 156
Muſſianum bellum p. 89
Mutinæ deſcriptio p. 24
Mutinenſes Annales p. 61
Mutinenſis Chronici fragmentum p. 61.

N.

Neapolis antiquitates, & agri p. 117. laudes p. 70.

p.70.80. antiquitates 122. Ephemerides 48. Hiſtoriæ 122 124 Regni Neapol.Chronicon 36.73 76, deſcriptio 117. tumulus 80. Reges p. 72. Viri eruditi 294. Epiſcoporum Chronicon 19 Situs p.125.
Neapolis illuſtrata p.124
Netini hiſtoria p.156.
Netinorum conſuetudines p. 159. eruditi 295
Nicæa p.130
Nicienſes eruditi 295
Nola p. 70.
- - Antiquitates & Hiſtoria p. 127. viri eruditi 295
Nonantulanum monaſterium p.17
Nortmannicum Chronicon p. 38
Normannico-Sicula hiſtoria p. 75
Normannicæ res in Sicilia &c.p. 163
Novalicienſis Monaſterii Chronicon p.25
Novarienſes eruditi 295
Novocomum p. 136
Novocomenſis hiſtoria p. 92

O.

Obſequentis Juliæ origo p.113
Ocelum p. 68.
Orobii ſ.Cenomaoi p.67 87
Oſſella p.68

P.

Padua p. 98
Paduæ novitates p.99. 167
Palæpolis ſitus p.125
Panormus antiqua p. 158

Panormi majeſtas p. 158
- - origo p. 157. viri eruditi 295. 302
Papiæ laudes p. 61
Parmenſe Chronicon p. 54. Parmenſes eruditi 295
Parmenſis Hiſtoriæ fragmentum p. 1665
Patavii Antiquitates p. 101 laudes p. 102 Origines p. 101 Viri eruditi 296. ſeq.
Patavinum Gymnaſium p. 102
Patavinorum Coſſ. Epiſcoporum, Poteſtatum nomina p. 50.
Pedemontani eruditi 297
Pergamenſis Synodus, p. 54
Peruſini eruditi 297
Piſani annales, p. 64
Piſana Chronica p. 42
Piſani Chronici Fragmentum p. 64
Piſanum Chronicon breve p. 64. 65
Piſana Cenotaphia p. 113
Piſarum Captivitas p. 112
Piſcarienſis monaſterii Chronicon. p. 25
Piſtorienſes annales, p. 61.
Placentia p. 90.
Platia, ſ. Plutia p. 155. Platienſes eruditi 298
Pola p. 104
Præneſte antiqua p. 116
Puteoli p. 70 125
Puteolorum ſitus & Antiquitas p. 125
Puteolanæ Antiquitates p. 125 balnea p. 125 hiſtoria, p. 123 miracula p. 70. 126.

R.

Ravenna p. 20. 105. 106.

Ravennatenſis Eccleſiæ pomarium p. 53.
Ravennatenſes eruditi 298.
Reate p. 124.
Reatini templi inſtauratio p. 130.
Recinetæ origines p. 109.
Regienſium poteſtatum memoriale p. 52.
Regienſes eruditi 298.
Regium Lepidum p. 134
Romanarum antiquitatum theſaurus Grævii 168. Sallengrii 193.
Romani eruditi 298. ſeq.
Rubicon p. 107.

S.

Sabaudi eruditi 297.
Salentini eruditi 300.
Salernitanæ urbis antiquit. & hiſtoria p. 127
Salernitanorum ducum Chronicon p. 121.
Salernitani eruditi 300.
Sangeminianenſes ibid.
Saraceno Siculum Chronicon p. 18. 74.
Saraceno Siculæ hiſtoriæ p. 74. 78.
Saracenorum in Sicilia hiſtoria p. 18. 74.
Saracenorum res in Sicilia geſtæ p. 73.
Sardinia antiqua p. 160. annales ibid.
de rebus Sardois p. 160.
Sarzanenſes viri eruditi 300.
Savonenſes ibid.
Saxoferratenſes ibid.
Sena p. 69. 107. 113.
Senenſes eruditi. 300.
Sicania 141.
Sicaniæ hiſtoria. p. 145.

Sicilia antiqua p. 140.
Bibliotheca Sicula 301. Sicularum rerum ſcriptores 72. 73.
Siciliæ calamitates p. 72.
- - Chorographia p. 71. 72. 140.
- - Chronicon p. 60. 147. 162. 164.
- - Delineatio p. 141.
- - Viri eruditi 301. ſeq.
- - Geographica deſcriptio p. 72.
- - Hiſtoria Sacra p. 141.
- - Incolæ primi p. 157.
- - Metropolita p. 142.
- - Patriarcha p. 142.
- - Præſules p. 142.
- - Reges p. 72. 145.
- - Sacra p. 143.
